
MISSOURI BOTANICAL GARDEN
MISSOURI BOTANICAL GARDEN
KERSHAW ST LOUIS

ACTA
HORTI PETROPOLITANI.

TOMUS VII.

Fasciculus I.

ТРУДЫ
ИМПЕРАТОРСКАГО
С.-ПЕТЕРБУРГСКАГО БОТАНИЧЕСКАГО САДА.

ТОМЪ VII.

ВЫПУСКЪ I.

С.-ПЕТЕРБУРГЪ.

Типографія Братьевъ Шумахеръ, Вас. Остр., Загибенинъ переулокъ, № 1.

1880.

FLORAE ROSSICAE FONTES

APERUIT

E. R. A TRAUTVETTER.

Ex illo tempore, quo libellum «Grundriss einer Geschichte der Botanik in Bezug auf Russland» edidi, literatura rossico-botanica novis proventibus eximie increvit. Igitur haud vereor, ne botanici laborem inutilem me suscipere existiment, si spatio quadraginta et quod excurrit annorum praeterlapso argumentum idem saltem ex parte retractare mihi sumo.

Hodie enim non id ago, ut Rossiae literaturam botanicam cunctam offeram ; sed tantum scripta ipsam floram Rossiae tangentia, quatenus mihi innotuerunt et res ex opinione mea postulat, lustrare in animo habeo. Quod quidem ita intelligi velim, imprimis ea opera me indicaturum esse, quae vel de plantis rossicis separatim tractent, vel — licet vegetabilia indigena una cum exoticis, imo promiscue cum aliis rebus, recenseant — tamen ab auctoribus rossicis concinnata sint.

Librorum floram rossicam spectantium haud exilem copiam ipse possideo ; maximo autem adjumento ad apparatum, quo opus est, conquirendum mihi fuit ditissima bibliotheca Horti Imperialis botanici Petropolitani, ad quam instituti hujus director, cl. E. Regel, aditum mihi benevole patefecit. Summam gratiam quoque Horti illius bibliothecario, cl. F. ab Herder, debeo, qui cum egregia et indefessa liberalitate ingentem commentationum a me consulendarum numerum ex illa bibliotheca mihi aegro-

tanti et domi retento suppeditavit. Denique Horti Imperialis botanicum primarium et Academiae Petropolitanae sodalem, cl. C. Maximovicz, de opusculo hoc optime meruisse gratissimo animo agnosco. Nihilominus materiem tractandam me exhausisse nequaquam opinor. Neque spes mihi est, fore, ut lectoribus omnino satis fecerim. Feci autem quod potui.

Scripta a me commemoranda ut ex eorum argumentis in ordinem quendam perspicuum et commodum redigerem, mihi non contigit, itaque urgente necessitudine secundum autores ea digessi. Curam tamen omnem impendi, ut cujusque libri summa paucissimis exponeretur.

Literis «s. i. l. et a.» (sine indicatione loci et anni) exprimi volo, tractatui cuidam nec locum, quo prodiit, neque annum, quo editus est, inscriptos esse, quod quidem saepius accidit in commentationibus, quae primitus in opere quolibet collectivo apparuerant, deinde autem seorsum reimpressae sunt. Abbreviaturae «b. Tr.» (bibliotheca Trautvetteri), «v. in b. Hort. Petr.» (vidi in bibliotheca Horti Petropolitani), «v. in b. Acad. Petr.» (vidi in bibliotheca Academiae Petropolitanae) et «non v.» (non vidi) explicatione ulteriore haud egent.

Denique literaturae rossico-botanicae conspectus quosdam jam antehac publici juris factos hic enumerari non supervacaneum esse autumo.

Kalm, Petrus (Pehr.). Specimen academicum sistens fata botanica in Finlandia. Resp. Andr. Collin. Aboae 1758. 4. 4 fol. non signata, 20 p. sign. (v. in b. Hort. Petr.).

Melartin, E. G. Ueber die Gewächskunde Finnlands. Wyborg. 1808 (non v.).

Arnold, Georgius Christianus. De monumentis historiae naturalis Poloniae literariis usque ad finem saeculi decimi sexti editis. Varsav. 1818 (non v.).

Hoffmann, Georgius Franciscus. De fatis et progressibus rei herbariae, imprimis in Imperio Rutheno. Mosq. 1823. 4. 32 p. 1 tab. (b. Tr.). — Tabula annexa Nymphaeam Lotum L. et Nelumbium caspicum Fisch. repraesentat.

Adamski, Maximilianus Josephus Adalbertus Andreas. Prodromus historiae rei herbariae in Polonia a suis initiis ad nostra tempora. Wrátisl. 1825 (v.).

Bongard, Henricus Gustavus a. Esquisse historique des travaux sur la botanique entrepris en Russie depuis Pierre-le-Grand jusqu'à nos jours, et de la part que l'Académie a eue aux progrès de cette science; in: Rec. d. Actes de la séance publ. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. tenue le 29 Déc. 1834. St. Pétersb. 1835. p. 83—108 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 4. 26 p. (b. Tr.). Anglice prodiit in: Compan. to the Botan. Magaz. by W. J. Hooker. № 2. p. 177—186 (v.).

Trautvetter, Ernestus Rudolphus a. Grundriss einer Geschichte der Botanik in Bezug auf Russland. St. Petersb. 1837. 8. V, 145 p. (b. Tr.).

Tengström, Johannes Magnus a. Naturhistoriens studium i Finland före Linnés tid. Diss. I. Elias Tillands och hans föregångare. Resp. O. E. A. Hjelt. Helsingf. 1843. 8. 32 et 16 p. (b. Tr.).

Baer, Carolus Ernestus a. Kurzer Bericht über wissenschaftliche Arbeiten und Reisen, welche zur näheren Kenntniss des Russischen Reichs in Bezug auf seine Topographie, physische Beschaffenheit, seine Naturproducte, den Zustand seiner Bewohner u. s. w. in der letzten Zeit ausgeführt, fortgesetzt oder eingeleitet sind. St. Petersb. Abth. I—II. 1845

et 1855. 8. 766 p. (b. Tr.). Sistit tomum IX operis: v. Baer u. v. Helmers. Beitr. zur Kenntn. d. Russ. Reichs.

Krebel, R. Russlands naturhistorische und medicinische Literatur. 1 Abth. Die in nicht russischer Sprache erschienenen Schriften und Abhandlungen. Jena 1847. 8. VI. 220 p. (b. Tr.).

Berg, Carolus Ernestus a. Catalogus systematicus bibliothecae Horti Imperialis botanici Petropolitani. Petrop. 1852. 8. XVI. 514 p. (b. Tr.).

Buhse F. et **A. Buchholtz**. Uebersicht der naturhistorischen Literatur von Liv-, Kur - und Ehstland; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. VII. 1854. p. 49—58, 81—89, 115—122, 129—140, 185—196 (v. in b. Hort Petr.).

Trautvetter, Ernestus Rudolphus a (Рудольфъ Эрнестовичъ Траутфеттеръ). Исторія изслѣдованія флоры губерній Кіевскаго Учебнаго Округа и литература, къ ней относящаяся; in: Труд. Комм. для опис. губ. Кіевск. Уч. Окр. III. (non v.). Seorsum impressum: Кіевъ 1854. 4. 11 p. (b. Tr.).

Fischer a Waldheim, Alexander. Rapport sur les travaux de la Société Impériale des naturalistes de Moscou; in: Nouv. Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. X (XVI). 1855. p. 1—CXVI (b. Tr.). Seorsum prodiit: Mosc. 1855. 4. 116. p. (b. Tr.).

Strachow, P. (П. Страховъ). Русская ботаническая литература. Атеней 1859. № 5. (non v.).

Majer, J. Literatura fizyografii ziemi polskiej. Krakow. 1862 (non v.).

Saelan, Th. Öfversicht af Finlands botaniska litteratur; in: Notis. ur Sällsk. pro fauna et flora fenn. förh. Sjunde haeft. 1867. p. 83—117 (v. in b. Hort. Petr.).

Beketow, Andreas (Андрей Николаевичъ Бекетовъ). Взглядъ на состояніе излѣдованій Петербургской растительности; in: Труд. С.-Пет. Общ. Естеств. I. 2. 1870. p. 187—207 (b. Tr.).

Golowatschow, Petrus (Петръ Гавриловичъ Головачовъ). Библіографическій указатель по естественнымъ наукамъ въ Россіи съ 1856 по 1869 г ; in: Труд. втор. съѣзда русск. естеств. въ Москвѣ, произход. съ 20-го по 30-е Августа 1869 г. (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum apparuit: Москва 1870. 4. 116. p. (non v.).

Bunge, N. (H. A. Бунге). Указатель Русской Литературы по Математикѣ, Чистымъ и Прикладнымъ Естественнымъ Наукамъ, Медицинѣ и Ветеринаріи. За 1872 годъ. Кіевъ 1873. VI. 150 p. — За 1873 годъ. Кіевъ 1874. VI, 186, II p. — За 1874 г. Кіевъ 1876. 241 p. состав. Н. А. Бунге и П. В. Гвоздикъ. — За 1875 годъ. Кіевъ 1877. VIII, 362 p. состав. Н. А. Бунге и П. В. Гвоздикъ. — За 1876 годъ. Часть I. Математика, Чистыя и Прикладныя Естественныя Науки. Кіевъ. 1878. VIII, 186 p. состав. Л. Л. Лундъ и Н. А. Бунге; Часть II. Медицина и Ветеринарія. Кіевъ. 1878. II, 254 p. состав. К. О. Румшевичъ.— За 1877 годъ. Кіевъ 1878. VIII, 337 p. состав. В. К. Совинскій, Ѳ. Ѳ. Рындовскій и Н. А. Бунге. — За 1878 годъ. Кіевъ 1879. VII, 181 p. состав. В. К. Совинскій и Н. А. Бунге. — (b. Tr.).

Trautvetter, Ernestus Rudolphus a (Рудольфъ Эрнестовичъ Траутфеттеръ). Краткій очеркъ исторіи Императорскаго С.-Пе-

тербургскаго Ботаническаго Сада; in: Act. Hort. bot. Petr. II. 1. 1873. p. 145—295 (b. Tr.). Separatim editum: С.-Петерб. 1873. 8. 151 p. (b. Tr.).

Rogowicz, Athanasius (Аоанасій Семеновичъ Роговичъ). Библіографическій указатель по Естественной Исторіи губерній Кіевскаго Учебнаго Округа; in: Зап. Юго-западн. Отд. Имп. Русск. Геогр. Общ. II. 1875 (non. v.). Seorsum apparuit s. i. l. et a. 8. 13 p. (b. Tr.).

Bogdanow, Modestus. Uebersicht der Reisen und naturhistorischen Untersuchungen *im Aralo-caspischen Gebiet* von 1720—1874; in: Russ. Revue. 1876. Heft 2. p. 145—159; Heft 3. p. 430—459; Heft 6. p. 558—576 (non v.).

FLORAE ROSSICAE FONTES

APERUIT

E. R. A TRAUTVETTER.

A.

Åberg (Oberg), P. E. Conferas J. E. Adhem. Wirzen sub n. 1607.

1. **Abich (Абихъ), Wilhelmus Hermannus (Германъ Вильгельмовичъ).** Geognostische Wanderungen durch den Kaukasus und zum Ararat; in: Mahlm. Monatsber. üb. d. Verh. d. Gesellsch. für Erdk. in Berlin. Neue Folge. T. IV. 1847. p. 143 seq. (n. v.). — *In tractatu hoc inter alia arborum quarundam limites superiores in itinere observati indicantur.*

2. **Acerbi, Josephus (Giuseppe).** Travels through Sweden, Finland and Lapland to the North cape in the years 1798 and 1799. London. 1802. 2 voll 4. (Pritz. — n. v.). Germanice: Berl. 1803. (Pritz. — n. v.). Gallice: Voyage au Cap-Nord par la Suede, la Finlande et la Laponie, par Joseph Acerbi. Traduction etc. par Joseph Lavallée. Paris. 1804. 8. Vol. I. XLIV. 320 p., vol. II. XIV. 429 p., vol. III.

VI. 382 p. (v. in b. H. Petr.). — *In editionis anglicae vol. II. p. 257—263 inesse dicitur commentatio inscripta: of Lapland Botany. Versio gallica tantum plantas lapponicas, easque perpaucas, commemorat. In vol. II. p. 170—171 flora avasaxensis affertur, species haud ultra 38 continens; in vol. III. p. 177—186, in sectione, quae inscribitur: des plantes qui se trouvent en Laponie, vix 46 species enumerantur; denique in vol. III. p. 283 – 285 sub titulo: Calendrier de la flore d'Utsjocki tempus florendi 36 specierum, annis 1795 et 1797 observatum, adnotatur.*

3. **Adam (Adams), Johannes Michael Fridericus**. Decades quinque novarum specierum plantarum Caucasi et Iberiae, quas in itinere comitis Mussin-Puschkin observavit et definitionibus atque descriptionibus illustravit; in: Web. und Mohr Beitr. zur Naturk. I. 1805. p. 41—75 (b. Tr.). — *Diagnoses, descriptiones breves, loca natalia et stationes afferuntur, annexis animadversionibus variis.*

4. — Descriptio novi plantarum generis; in: Nova Acta Acad. sc. Petrop. XIX. 1805. Hist. p. 164—166. tab. B. (v. in b. Hort. Petr.). — *Puschkinia scilloides Adam. in Transcaucasia detecta descriptione et icone illustratur.*

5. — Descriptio novae speciei Azaleae; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. II. 1807 et 1808. p. 332—334. tab. 14. (v. in b. Hort. Petr.) — *Azaleae fragrantis Adam. in Sibiria boreali-orientali indigenae descriptio et imago proponuntur.*

6. — Enumeratio stirpium agri Mosquensis et Petropolitani (1813) (non v.). — *Opus hoc nunquam publici juris factum est, ejus initium autem (usque ad pag. 118, secundum Ruprecht) procul dubio typis excusum erat. C. L. Goldbach eo usus est (conf. Mém. de Mosc. V. p. 117. seq.).*

7. — Descriptiones plantarum minus cognitarum Sibiriae, praesertim orientalis, quas in itinere ann. 1805 et 1806 observavit; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. V. 1817. p. 89—116: Nouv. Mém.

de la Soc. d. nat. de Mosc. III (IX) 1834. p. 231—252. 2 tab. (b. Trautv.). — *Species novae 40, inprimis quidem ad fl. Lena inferiorem, verum etiam in aliis Rossiae asiaticae plagis nec non in Rossia europaea lectae, fuse describuntur.*

8. **Afzelius, Ad.** Anmärkningar vid Svenska växternas kännedom. Stycket 1.; in: Kn. Sv. Vet. Acad. handl. 1787. p. 241 seq. (non v.).— *Matricariam maritimam in Alandia sua sponte crescere autor inter alia docet.*

9. **Alcenius, Otto.** Finlands Kärlvexter. Ordnade i ett naturligt system. Helsingf. 1863. 8. XXXII, 204 p. (b. Tr.). — *Phaenogamarum et Filicoidearum species 900 describuntur, additis earum nominibus succicis, duratione, locis natalibus et stationibus.*

10. **Alexandrowitsch (Александровичъ), G. s. J. (Г. s. Ю.).** О семействѣ вересковыхъ растеній, съ особеннымъ изслѣдованіемъ свойственныхъ С.-Петербургской флорѣ С.-Петерб. 1844. 8. 112 p. 5 tab. (b. Tr.). — *Vacciniaceae (4 species), Ericaceae (5 species) et Pyrolaceae (7 species) florae Petropolitanae describuntur, additis earum synonymis, nominibus vernaculis, habitationibus, stationibus, florendi tempore et usu.*

11. — Строеніе и развитіе споровмѣстилищъ Миксомицетовъ Варшава 1872. 8. 6 p. non signatae, 98 p. signatae, 6 tab. (b. Tr.). — *Insunt observationes in structuram et evolutionem sporangiorum Myxomycetum et (p. 86—94) index 64 speciorum Myxomycetum in vicinia urbis Varsaviae repertarum, quarum synonyma, stationes et vegetationis tempora adjiciuntur.*

Ambodik-Maximowicz (Амбодикъ-Максимовичъ), Nestor (Несторъ). Conf. Maximowicz sub n. 866.

12. **Amman, Johannes.** Stirpium rariorum in imperio rutheno sponte provenientium icones et descriptiones. Petrop. 1739. 4. Praef., 210 p., index, 35 tab. (b. Tr.). — *285 species (282 Phaenoga-*

mae, 2 Filicoideae et 1 Lichen) in Rossia europaea atque in Sibiria observatae describuntur et ex parte iconibus illustrantur.

13. — De Meliloto siliqua membranacea compressa; in: Comm. Acad. sc. Petr. VIII. 1741. p. 209—210. tab. XII (v. in b. Hort. Petr.).—*Descriptio et icon Medicaginis platycarpae Trautv. e seminibus sibiricis enatae et in horto cultae.*

14. — De Alsinanthemo Thalii seu Trientali herba Joh. Bauh.; in: Comm. Acad. sc. Petr. IX. 1744. p. 310—313. tab. XIII (v. in b. Hort. Petrop.). — *Trientalis europaea L. ad specimina ingrica et carelica descripta et delineata.*

15. — De Betula pumila folio subrotundo; in: Comment. Acad. sc. Petr. IX. 1744. p. 314—315. tab. XIV (v. in b. Hort. Petrop.). — *De Betula nana L. in Ingria et Carelia observata agitur.*

16. — De Filicastro, novo plantarum genere, aliisque minus notis rariorum filicum speciebus; in: Comm. Acad. sc. Petr. X. 1747. p. 278—302. tab. XVIII—XXIII (v. in b. Hort. Petrop.). — *Inter species exoticas varias describuntur et adumbrantur 4 species ab autore Petropoli lectae, scilicet Struthiopteris germanica W. (tab. XVIII), Polypodium Phegopteris L. (tab. XXI), Polypodium Dryopteris L. (tab. XXII. fig. 2) et Polystichum spinulosum Dec. (tab. XXIII).*

17. — De fungo insolitae magnitudinis observatio; in: Comm. Acad. sc. Petr. XI. 1750. p. 304. tab. VI (v. in b. Hort. Petr.). — *Descriptio speciminis Boleti edulis Bull. in Ingria lecti.*

18. — De Lapatho orientali, frutice humili, flore pulchro inst. R. H. cor.; in: Comm. Acad. sc. Petr. XIII. 1751. p. 400—403. tab. XIII. (v. in b. Hort. Petr.). — *Tragopyri lanceolati M. Bieb. specimen cultum illustratur.*

19. **Anderson, Nicolaus Johannes.** Conspectus vegetationis Lapponiae. Upsal. 1846. 8. X, 39 p. (v. in b. Hort. Petrop). — *Lap-*

ponia in 3 partes: suecicam, norvegicam et rossicam dividitur, harum partium regiones variae discernuntur et regionum constitutarum vegetatio specialiter tractatur atque illustratur. Ex autore Lapponia tota 685 species phaenogamas alit ad 283 genera et 72 familias revocandas.

20. — Plantae Scandinaviae descriptionibus et figuris analyticis adumbratae. Holmiae. 1849 et 1852. Fasc. I. IV. 74 p. 8 tab. et Fasc. II. XIV. 112 p. 12 tab. (v. in b. H. Petr.). *Cyperaceae et Gramineae in Dania, Suecia, Norvegia et Femnia sponte crescentes recensentur.*

21. **Andrzeiowsky (Андржіевскій), Antonius (Антонъ Лукіановичъ).** Czackia, genre déterminé et decrit. Krzemienicc. 1818. 4. 2 p. non signatae, 7 p. signatae, 1 tab. (v. in b. Hort. Petrop.). — *Genus hoc ad specimina culta constituitur et adumbratur; autor tamen monet, Czackiam Liliastrum Andrz., unicam generis speciem, in viciniis opp. Pulawy et Kazimierz Poloniae sua sponte nasci.*

22. — Rys botaniczny krain zwiedzonych w podróżach pomiędzy Bohem i Dniestrem od Zbruczy az do morza czarnego odbytych w latach 1814, 1816, 1818 i 1822. Wilno. 1823. 8. VIII, 126 p. (b. Tr.). — *Plantae observatae suis locis commemorantur, ad commentationis calcem autem index alphabeticus Phaenogamarum et Filicoidearum repertarum omnium, 872 species amplectens, exstat.*

23. — Rys botaniczny krain zwiedzonych w podróżach pomiędzy Bohem i Dniestrem, aż uyścia tych rzek w morze, odbytych w latach 1823 i 1824. Wilno. 1830 (v. in b. Univ. Kiov.).

24. — Ботаническій очеркъ мѣстностей, лежащихъ между Бугомъ и Днѣстромъ отъ р. Збруча до Чернаго моря. Переводъ съ польскаго И. Сидорова; in: Зап. Общ. Сельск. Хоз. Южн. Росс. 1855. (non v.), nec non in: Матеріалы для Геогр. и Статист. Херсонск. губ., соч. Шмидта (non v.). — *Probabiliter est versio commentationis sub n. 22 commemoratae.*

25. — Исчисленіе растеній Подольской губерніи и смежныхъ съ нею мѣстъ. Выпускъ I in: Труды Комиссіи, Выс. учрежд. для опис. губ. Кіевск. Уч. Окр. IV. (non v.); выпускъ II in:

Kiевск. Унив. Изв. 1862. № 7. отд. II. p. 94—142 (b. Tr.). Fasc. I. seorsum prodiit: Kiевъ. 1860. 4. 51 p. (b. Tr.). — *Opus haud absolutum enumerationem 1459 specierum dicotyledonearum Podoliae, a Ranunculaceis inde usque ad Salicaceas, sistit et praeter plantarum nomina earum habitationes, stationes et florendi tempora nec non diagnoses specierum et varietatum novarum continet.*

26. — Flora Ukrainy, czyli opisanie roślin dziko rosnących w Ukrainie Przed-Dnieprowéj i w sąsiednich z nią okolicach Wolynia, Podola i gub. Chersonskéj. Warsz. 1869. 8. XIV, 93 p. (b. Tr.). — *Exhibet enumerationem generum plantarum phaenogamarum in guberniis fluvio Borysthenі adjacentibus nec non in Volhynia, Podolia et gub. Cherson obviarum, subnexis generum characteribus brevibus. Genera secundum systema Linnaei digesta.*

27. — Observationes in plantas rariores ac minus cognitas Ucraineae. — *Commentatione hac manu scripta Rogovicz usus est (conf. ejus Обозр. сьм. и высш. спор. раст. p. 297—308). In lucem nunquam prodiit.*

28. **Ångström. Johannes.** Dispositio Muscorum in Scandinavia hucusque cognitorum. Upsal. 1842. (non v.).

29. — et **Fr. Nylander.** Anteckningar under en resa till Hvita hafvet cetq.; in: Bot. Notis. 1843. p. 49—53 (non v.).

30. **Anenkow (Анненковъ), Nicolaus (Николай Ивановичъ).** Observations sur la floraison de quelques plantes cultivées, faites à Moscou pendant les années 1844, 1845, 1846, 1847 et 1848; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1849. III. p. 257—280 (b. Tr.). Redit in: Erman, Archiv. X. 1851. p. 234—259 (v.). — *Quo tempore singulae plantae commemoratae annis supra indicatis flores aperuerunt notatur.*

31. — Flora mosquensis exsiccata. Cent. I—V; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1849. IV. p. 620—624, 1850. II. p. 680—681, 1851. I. p. 347—350 (b. Tr.). — *Herbarium plantas cum*

phaenogamas tum cryptogamas continet. Indices mera nomina offerunt.

32. — Observations sur les plantes indigènes des environs de Moscou, faites pendant les années 1844, 1845, 1846, 1847; in: Bull. de la Soc. des nat. de Mosc. 1851. I. p. 229—268, IV. p. 519—553 (b. Tr.). Separatim editum s. i. l. et a. (non v.). Pars prior prodiit quoque in: Erman, Archiv. X. 1851. p. 116—233. (v.). — *Insunt observationes in plantarum frondescentiam, florescentiam, maturitatem, defoliationem, mortem et florescentiam iteratam.*

33. — Простонародныя названія русскихъ растеній. Москва 1858. 8. 159 p. (b. Tr.). — *Generum speciemque in Rossia indigenarum nominibus systematicis latinis in ordinem alphabeticum dispositis nomina respondentia a Rossis, Tataris aliisque usitata apposita sunt.*

34. — Ботаническій Словарь или собраніе названій, какъ русскихъ такъ и многихъ иностранныхъ растеній на языкахъ латинскомъ, русскомъ, нѣмецкомъ, французскомъ и другихъ, употребляемыхъ различными племенами, обитающими въ Россіи. Москва 1859. 8. XVI, 295 p. (v. in b. Hort. Bot. Petr.). — *In libri sectione I^ma nomibus plantarum 1679 rossicarum et praeterea exoticarum multarum systematicis adjiciuntur nomina a Rossis et variis populis slavicis vel a gentibus aliis in Rossia habitantibus usitata, nec non germanica et gallica; in sectione II^da indices 4 separati nominum a) rossicorum, b) ab aliis gentibus Rossiae usitatorum, c) germanicorum et d) gallicorum exstant.*

35. — Ботаническій Словарь. Справочная книга для ботаниковъ, сельскихъ хозяевъ, садоводовъ, лѣсоводовъ, фармацевтовъ, врачей, дрогистовъ, путешественниковъ по Россіи и вообще сельскихъ жителей. С.-Петерб. 1878. 8. XXI. 645 p. (v. in b. Hort. Petr.). — *In operis parte priore singulis nomibus generum et specierum plantarum systematicis, in ordinem alphabeticum dispositis, nomina respondentia a diversissimis populis*

usitata subnectuntur, addito cuique nomini systematico etiam plantae usu; in operis parte altera autem singula plantarum nomina in dialectis slavicis variis obvia, in ordinem alphabeticum digesta, ad nomina systematica autor revocat.

Antonski-Prokopowitsch (Антонскій-Прокоповичъ), Antonius (Антоній). Conf. Prokopowitsch sub n. 1092.

36. **Arandarenko (Арандаренко), Nicolaus.** Записки о Полтавской губерніи. Полтава 1848 (v.). — *Etiam de plantis medicinalibus et occonomicis gubernii Poltava tractatur.*

37. **Areschoug, J. E.** De Algis nonnullis maris Baltici et Bahusiensis; in: Hedwigia. 1876. p. 139—141 (v. in b. Hort. Petr.). — *Insunt animadversiones in commentationem de Phaeosporeis et Fucaceis sinus fennici a Gobi editam.*

Arnott, G. A. W. Conf. W. J. Hooker sub n. 588.

Ascholin, Carolus. Conf. C. N. Hellenius sub n. 525.

Askelöf, Johannes Christianus. Conf. A. J. Retzius sub n. 1153.

38. **Aspelin, Emilius Ferdinandus** et **A. Thurén.** Bidrag till Tavastehustrakteus flora; in: Notis. ur sällsk. pro fauna et flora fennica förh. Sjunde häft. 1867. p. 31—54 (v. in b. Hort. Petr.). — *Autor 682 species (481 Phaenogamas, 27 Filicoideas, 174 Muscos) inter 60° 53'—61° 10' lat. bor. et 42°—42° 25' long. or. lectas enumerat et rariorum loca natalia subjungit.*

39. **Atkinson, T. W.** Travels in the regions of the upper and lower Amoor. London 1860 (non v.). — *In appendice de flora et fauna regionis amurensis, deserti Kirgisorum et Sibiriae orientalis tractari ferunt.*

40. **Augustinowicz (Августиновичъ), Thom. (Ома Матѣевичъ).** О дикорастущихъ врачебныхъ растеніяхъ Полтавской губерніи; in: Труды Комисс. для опис. губ Кіевск. Учебн. Окр. Смѣсь. Кіевъ. 1853. p. 1—91 (b. Tr.). — *Commentatio de plantis medicinalibus, quae in gubernio Poltava sua sponte nascuntur.*

Species 120 enumerantur, additis earum habitationibus, stationibus, viribus et usu.

40*. — Жизнь русскихъ и инородцевъ на островѣ Сахалинѣ. С.-Петерб. 1874. 8. 43 p. (b. Tr.). — *In p. 41—43 vegetationem vernalem in vicinia custodiae Duë insulae Sachalin ex observationibus suis autor adumbrat et plantarum species varias, quas ipse reperit, commemorat.*

Avé-Lallemant, J. E. L. Conf. Indic. sem. hort. Petr. sub n. 1629.

B.

41. **Babikow (Бабиковъ), J. (И. И.).** De cephalodiorum Peltigerae aphthosae evolutione tractat in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. VIII. 1877. p. 15—17 (b. Tr.).

41*. **Baenitz, Carolus Gabriel.** Beiträge zur Flora des Königreichs Polen; in: Schrift. der phys. ökon. Gesellsch. Jahrg. VI. 1865. p. 77—102 (non v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. (1865) 4. 26 p. (b. T.). — *Species phaenogamae 628 imprimis in districtu Konin circa pagum Goslawice lectae enumerantur. Anno 1871 hujus commentationis continuatio prodiisse videtur, quam autem nusquam vidi.*

42. **Baer (Беръ), Carolus Ernestus a (Карлъ Максимовичъ).** Les bords de la mer Blanche et la Laponie; in: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. III. 1838. p. 132—144 (b. Tr.). — *Etiam de plantis quibusdam in itinere observatis disseritur.*

43. — Végétation et climat de Nowaja-Zemlia; in: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. III. 1838. p. 171—192 (b. Tr.). — *Insunt observationes variae in insularum commemoratarum floram, habita ratione praecipua characteris hujus florae in universum.*

44. — Kornbau bei der Stadt Jakutsk und im ganzen Kreise; in: v. Baer und v. Helmers. Beitr. zur Kenntn. d. Russ. Reiches. VII.

1845. p. 43—55 (b. Tr.). — *In vicinia urbis Jakutsk Triticum, Secale, Avenam et Hordeum, prope Ochotsk autem saltem Hordeum cum lucro coli autor docet.*

45. — Die uralte Waldlosigkeit der Südrussischen Steppe; in: v. Baer und v. Helmers., Beitr. zur Kenntn. d. Russ. Reiches. XVIII. 1856. p. 109–115 (b. Tr.); etiam in: Bode, Verbreitungsgr. der wicht. Holzgew. des europ. Russl. p. 109--115 (b. Tr.). — *Autor probare studet, deserta Rossiae australis sylris carere ex antiquissimis temporibus, imo ex eo tempore, quo sciuri in Rossia europaea ad sylvarum limitem meridionalem pervenerunt.*

46. — Dattel-Palmen an den Ufern des Kaspischen Meeres, sonst und jetzt; in: Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XVII. 1859. p. 417—430 (b. Tr.), Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. I. 1860. p. 35—37 (b. Tr). Seorsum impressum s. i. l. et a. (1859) 8. 20 p. (p. 164—183) (b. Tr.). — *Phoenicem dactyliferam L. prope Sari Persiae et hodie vigere autor testatur simulque probare studet, plantam hanc quondam septentrionem versus usque ad Derbend et ad fl. Atrek cultam fuisse.*

46*. **Bailey, J. W.** On microscopical forms in the sea of Kamtschatka (non v.).

47. **Bakunin (Бакунинъ), Alexius (Алексѣй Александровичъ).** Тверская Флора (non v.). — *Opus ad hoc tempus in lucem haud prodiit, Gobi tamen ejus exemplari tam scripto usus est (conf. Gobi, О вліяніи Валдайской возвышенности, ad calcem).*

47*. — Списокъ цвѣтковыхъ растеній Тверской Флоры; in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. X. 1879. p. 195 - 268 (b. Tr.). — *Hacc operis antecedentis epitome conspectum specierum phaenogamarum (700) gubernii Tver, cum spontanearum, tum cultarum, offert additis earum locis natalibus.*

48. **Baranetzky (Баранецкій), Josephus (Осипъ s. Іосифъ Васильевичъ).** Beitrag zur Kenntniss des selbstständigen Lebens der Flechtengonidien; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XII. 1867.

p. 418—431 (b. Tr.). Redit in: Pringsh. Jahrb. d. wiss. Bot. VII. 1869—1870. p. 1—18. 1 tab. (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 20 p. (p. 473—492) (b. Tr.). Rossice: О самостоятельной жизни гонидіевъ Лишаевъ; in: Труд. перв. съѣзда Русск. Естеств. въ С.-Петерб., происход. съ 28 Дек. 1867 по 4 Янв. 1868. Отдѣл. Ботан. p. 45—58 (b. Tr.). — *De propria vitalitate gonidiorum in Collemate pulposo Ach. et Peltigera canina Hoffm. observata disseritur. Gonidia haec extra thallum ulterius evoluta ab Algis quibusdam (Cystococco, Polycocco et Nostoc) non differre perhibetur.*

— Conf. A. Famintzin sub n. 346.

49. **Basiner (Basiener, Базинеръ), Theodorus Fridericus Julius (Оедоръ Ивановичъ).** Gedrängte Darstellung der Herbstvegetation am Aral-See und im Chanate Chiwa; in: Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. II. 1844. p. 199—204 (b. Tr.). — *De indole vegetationis plagarum commemoratarum generatim disseritur et 3 species novae plantarum describuntur.*

50. — Naturwissenschaftliche Reise durch die Kirgisensteppe nach Chiwa. St. Petersb. 1848. 8. XV, 379 p. 4 tab. 1 mappa geogr. (b. Tr.). Sistit tomum XV operis: v. Baer und v. Helmers. Beitr. zur Kenntn. d. Russ. Reiches. — *Adnotamenta varia de vegetabilibus in itinere observatis textui inserta sunt, p. 219—240 de vegetatione terrae Chivae generatim disseritur, p. 299—325 autem 212 species phaenogamae in itinere lectae enumerantur, additis earum synonymis et habitationibus nec non tempore, quo singulae plantae lectae sunt.*

51. — Enumeratio monographica specierum generis Hedysari; in: Mém. pres. à l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. par div. sav. VI. 1851. p. 45—97. 2 tab. (v.). Seorsum excusa: Petrop. 1846. 4. 53 p. 2 tab. (b. Tr.). — *Hedysari species 57 (25 rossicae) et Corethrodendri species 1 (rossica) fuse describuntur, adjectis earum synonymis et patria.*

52. — О растительности и климатѣ Кіевской губерніи; in: Журн. Мин. Гос. Им. XLVIII. 2. 1853. p. 222—244, XLIX. 2. p. 1—24, 179—184 (non v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 70 p. et Прибавленіе 8. 15 p. (b. Tr.). — *De regetatione et climate gubernii Kioviensis et de nexu inter illam et hoc tractatur. Autor tantum plantas lignosas respicit.*

53. — Любопытные примѣры самобытнаго распространенія и переселенія растеній на значительныя разстоянія; in: Вѣстн. Естеств. Наукъ. 1854. № 41 (non v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 8 p. (b. Tr.). — *De Xanthii spinosi L. et Impatientis parviflorae Dec. migratione intra Rossiam autor loquitur.*

54. — Verzeichniss der von Aug. Nöschel im Sommer 1847 in der Kirgisensteppe gesammelten Pflanzen; in: v. Baer und v. Helm. Beitr. zur Kenntn. d. Russ. Reiches. XVIII. 1856. p. 186—195 (b. Tr.). — *Index hic 118 species phaenogamas continet, annexis earum habitationibus.*

55. — Ueber die Biegsamkeit der Pflanzen gegen klimatische Einflüsse; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1857. II. p. 490—535 (b. Tr.). Seorsum impressum: Mosk. 1857 (non v.). — *Insunt observationes in distributionem quarundam plantarum intra Rossiae fines.*

56. — Ein Beitrag zur vergleichenden Klimatologie der Pflanzen; in: Koch, Wochenschr. für Gärtn. u. Pflanzenk. Berl. 1860. № 39—42 (non v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 4. 8 p. (b. Tr.). — *Sistit epitomen commentationis ejusdem autoris, quae inscripta est: Ueber die Biegsamkeit der Pflanzen cetq.*

57. — Вліяніе минувшей зимы на растительность; in: Кіевск. Унив. Изв. 1861. Сент. p. 39—53 (b. Tr.). Redit in: Научн. сообщ., читанн. въ собр. естеств., бывш. въ Кіевѣ съ 11 по 18 Іюня 1861 г. p. 39—53 (b. Tr.). — *De hiemis a. 1860—1861 effectu in arbores et frutices Kioviae in hortis cultos disseritur.*

58. — Schädlicher Einfluss des Schnees auf Bäume und höhere Sträuche. Ferner auch einige phyto-klimatologische Bemerkungen; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1861. II. p. 481—490 (b. Tr). Rossice in: Землед. Газ. 1861. № 31 (non v.). — *Niüs efficacitas perniciosa in arbores et frutices, Kioviae anno 1860—1861 observata, exponitur.*

59. **Batalin (Баталинъ), Alexander (Александръ Оедоровичъ).** Die Selbstbestäubung bei Juncus bufonius L.; in: Mohl und de Bary Bot. Zeit. 1871. № 23 (b. Tr.). — *In Junco bufonio L. flores apertos se nunquam invenisse autor docet et inde concludit, uniuscujusque floris pistillum polline ejusdem floris foecundari.*

60. — Kleistogamische Blüthen bei Caryophylleen; in: Act. Hort. Petrop. V. 2. 1878. p. 489—494 (b. Tr.). — *Flores cleistogamici in Cerastio viscoso L. et Polycarpo tetraphyllo L. observati describuntur.*

60*. — Atragenes alpinae L. varietatem sibiricam in districtu Kirilow gubernii Nowgorod inventam esse communicat in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. VII. 1876. p. CLXII (b. Tr.).

60**. — Ranunculum Purshii Hook. in gubernio Jaroslaw repertum esse indicat in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. VIII. 1877. p. 120 (b. Tr.).

60***. — Flores cleistogamicos in Cerastio viscoso L. et Polycarpo tetraphyllo L. observatos demonstrat in: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. VIII. 1877. p. 120—121 (b. Tr.).

61. **Baum (Баумъ), Otto (Оттонъ Оттоновичъ).** Tractum occidentem versus a fl. Wolga, inter Kasan et Ssarepta, situm autor in zonas 3: deserti septentrionalis, sylvarum et deserti australis dividit, quarum vegetationem diversam fusius exponit in: Протокъ. 5 засѣд. Общ. Естеств. при Казанск. Унив. 24 Сент. 1869 г. p. 65—73 (v. in b. Hort. Petr.).

62. **Baumann (Баунанъ), Wilhelmus Bernhardus.** Наблюденія по царству растительному въ Эстляндской губерніи въ

1842 году; in: ЖУрн. Мин. Гос. Им. XXVII. 1848. p. 107—112 (v. in b. Hort. Petr.). — *Observationes in tempora efflorescentiae plantarum numerosarum, anno 1842 in praedio Piep Esthoniae institutae, offeruntur.*

63. **Becker (Беккеръ), Alexander (Александръ Карповичъ).** Kurzer Bericht über einige Naturgegenstände, die im Jahre 1853 meine Thätigkeit besonders in Anspruch nahmen; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1854. II. p. 453—469 (b. Tr.) — *P. 453—455 autor plantarum species plures commemorat antea prope Sarepta non observatas, anno 1853 autem in vicinia hujus coloniae collectas.*

64. — Einige naturhistorische Mittheilungen von dem Jahre 1854; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1855. II. p. 460—474 (b. Tr.). — *Inter alia plantae nutriciae quarundam Orobancharum et Phelipaearum florae sareptanae indicantur.*

65. — Verzeichniss der um Sarepta wild wachsenden Pflanzen; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1858. I. p. 1—85 (b. Tr.). Seorsum impressum: Mosq. 1858 (non v.). — *Index hic 796 species (775 Phaenogamas, 11 Filicoideas, 2 Muscos, 1 Charam, 2 Lichenes, 3 Fungos, 2 Algas) amplectitur, additis earum stationibus et tempore florendi. Simul (p. 4—5) species 142 phaenogamae indicantur, quas Claus in vicinia coloniae Sarepta crescere perhibet, Becker autem ibi nusquam reperit.*

66. — Naturhistorische Mittheilungen von den Jahren 1856 und 1857 über die den Entomologen wichtigsten Gewächse der Sareptaer Umgegend cetq.; in Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1858. IV. p. 159—187 (b. Tr.). — *P. 181—182 plantae sareptanae enumerantur, quas insecta praeoptant ideoque praecipue frequentant, p. 183—187 autem de plantis tractatur, quarum succus ad insecta necanda valet.*

67. — Botanische und entomologische Mittheilungen; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1862. IV. p. 332—355 (b. Tr.). — *Indici plantarum prope Sareptam crescentium, anno 1858 edito, 7 spe*

cies (6 Phaenogamae, 1 Conferva) adduntur et de usu specierum aliarum nonnullarum disseritur.

68. — Mittheilungen einer botanischen und entomologischen Reise; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1865. II. p. 562—582 (b. Tr.). Seorsum impressum: Mosk. 1865. 8. 21 p. (b. Tr.). — *Plantae numerosae ab auctore in gubernio Ssaratow inter Ssarepta et Chwalynsk lectae commemorantur.*

69. — Reise in die Kirgisensteppe, nach Astrachan und an das Caspische Meer; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. III. p. 163—207 (b Tr.). — *Nomina plantarum anno 1865 in hoc itinere collectarum p. 196—202 offeruntur.*

70. — Noch einige Mittheilungen über Astrachaner und Sareptaer Pflanzen und Insekten; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1867. I. p 104—115 (b. Tr.). — *Indici suo plantarum anno 1865 prope Astrachan observatarum autor plures anno 1866 repertas addit simulque 7 species tunc primum in territorio sareptano inventas indicat.*

71. — Reise nach dem Caucasus; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1868. I. p. 191—233 (b. Tr.). — *Plantarum numerosarum inter Ssarepta et Pjatigorsk, in gubernüs Astrachan et Stawropol, inventarum nomina per itinerarii textum dispersa sunt.*

72. — Reise nach Derbent; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1869. I. p. 171– 199 (b. Tr.). Rossice in: Зап. Кавк. Общ. Сельск. Хоз. 1871. № 6. p. 131—162 (b. Tr.). — *Plantae haud paucae prope Derbent et Astrachan vigentes ad calcem relationis ordine alphabetico enumerantur.*

73. — Reise nach Mangyschlak; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1870. I. p. 115—127 (b. Tr.). — *Autori 117 species phaenogamae in peninsula Mangyschlak obviam factae sunt.*

74. — Reise nach Temir Chan Schora und Derbent; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1871. I et II. p. 290—302 (b. Tr.). — *Inest catalogus plantarum prope Temir-Chan-Schura (152 specierum) et prope Derbent (58 specierum) sua sponte crescentium.*

75. — Reise nach den Salzseen Baskuntschatskoje und Elton, nach Schilling, Anton, Astrachan; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1872. III. p. 102—124 (b. Tr.). — *Autori in conspectum venerunt inter Wladimirowka et montem Bogdo 19 plantarum species, in ipso monte Bogdo 39 species, ad lacum Elton 26 species, inter lacum Elton et montem Bogdo 17 species, prope coloniam Anton gubernii Ssaratow 96 species et prope coloniam Schilling ejusdem gubernii 161 species.*

76. — Reise nach Baku, Lenkoran, Derbent, Madschalis, Kasum-Kent, Achty; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1873. II. p. 229—258 (b. Tr.). — *P. 246—255 plantae prope Baku (52 species), Lenkoran (79 species), Madschalis (155 species), Kasum-Kent (128 species), inter Kurach et Kra (103 species), prope Achty (48 species) et prope Derbent (5 species) observatae adnotantur.*

77. — Reise nach den Schneebergen des südlichen Daghestan; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1874. II. p. 196—217 (b. Tr). — *Index alphabeticus 273 specierum plantarum Daghestaniae australis itinerario insertus est.*

78. — Reise nach dem Magidagh, Schalbusdagh und Basardjusi; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1875. II. p. 116—138 (b. Tr.). — *Ordine alphabetico 360 species plantarum in montibus commemoratis a viatore observatae, nec non 17 species prope Baku lectae enumerantur.*

79 — Reise nach Krasnowodsk und Daghestan; in: Bull. de a Soc. d. nat. de Mosc. 1878. I. p. 109—126 (b. Tr.). — *In p. 119—123 plantae variae in itinere autori obviam factae commemorantur.*

80. **Beilschmied, Carolus Traugott.** Ueber Kasan's Flora, nach Wirzén, mit Berührung der Petersburger Flora; in: Regensb. bot. Zeit. 1842. p. 561 seq. (v. in b. Hort. Petrop.). — *Autor generaliora quaedam de vegetatione Petropolitana et Casanensi ex observationibus Wirzeni et Weinmanni affert.*

81. **Beketow (Бекетовъ), Andreas (Андрей Николаевичъ).** Очеркъ Тифлисской флоры, съ описаніемъ Лютиковыхъ, ей принадлежащихъ. С.-Петербургъ. 1853. 8 maj., 56 p. 3 tab. et 1 mappa geogr. (b. Tr.). — *Ranunculacearum florae Tiflisiensis 22 species describuntur, additis earum habitationibus, stationibus et florendi tempore. Praemissa est dissertatio de litteratura floram Tiflisiensem spectante, de topographia urbis Tiflis, de flora et fauna plagae in universum, nec non de ejus climate.*

82. — Матеріалы для изученія Петербургской растительности; in: Естеств. изслѣд. С.-Петерб. губ., произвед. Членами Русск. Энтомол. Общ. I. (v.). — Seorsum impressum sub titulo: О Сибирской Пихтѣ въ С.-Петербургской губерніи. С.-Петерб. 1864 (non v.). Gallice: Sur une station quasi-spontanée du sapin de Sibérie (Abies sibirica Ledeb.) dans le gouvernement de St.-Pétersbourg; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1865. I. p. 162—171. 1 tab. (b. Tr.). — *Abietis sibiricae Ledeb. specimina quaedam in sylva districtus Schlüsselburgensis gubernii Petropolitani reperta autor fortassis spontanea esse putat.*

83. — О вліяніи климата на возрастаніе сосны и ели; in: Труды перв. съѣзда Русск. естеств. въ С.-Петербургѣ, произход. съ 28 Дек. 1867 по 4 Янв. 1868 г. Отдѣл. Ботан. p. 110—163. 1 mappa geogr. (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 4. 53 p. 1 mappa geogr. (b. Tr.). Gallice: De l'influence du climat sur la croissance de quelques arbres résineux. Cherb. 1870. (non v.). — *De climatis efficacia in accrescentiam trunci Pini sylvestris L., P. Cembrae L., Piceae vulgaris Lk., Laricis europaeae Dec. et L. sibiricae Ledeb. fuse tractatur.*

84. **Belanger, Carolus et Johannes Baptista Bory de Saint Vincent.** Voyage aux Ind s orientales par le nord de l'Europe, les provinces du Caucase, la Géorgie, l'Armenie et la Perse etc., pendant les années 1825—1829. Botanique. Phanérogamie. Paris s. i. a. 4. 15 tab. sine textu. IIe Partie. Cryptogamie. 4. 192 p. 16 tab. (v. in b.

Hort. Petr.). — *Inter Phaenogamas solummodo Eremostachys moluccelloides Bge., cujus locus natalis caeterum non indicatur, floram rossicam spectat; inter Cryptogamas autem 11 species in Caucaso et Transcaucasia rossica lectae ab auctoribus commorantur, scilicet: Hypnum fluviatile Sw., Barbula revoluta Brid., Ceratodon purpureus Brid., Dicranum gracilescens Schwäg., Coscinodon lanceolatus Brid., Grimmia gracilis Schwäg., Racomitrium microcarpon Brid., Marchantia polymorpha L.; Usnea florida Ach., Parmelia fulgens Fries. et Exidiae glandulosae var. fuliginosa Mont.*

85. **Beike, Gustavus.** Notice sur une espèce de Safran qui croît spontanément aux environs de Kamieniec-Podolski; in: Bull. de la Soc. d. nat de Mosc. 1853. I. p. 138—165 (b. Tr.). Seorsum impressum: Moskou 1853. 8. 10 p. (b. Tr.). — *Croci species describitur, quam autor in Podolia, prope Kamenez, legit et pro Croco vero All. habet.*

86. — Esquisse de l'histoire naturelle de Kamienietz-Podolski, précédée d'un coup-d'oeil sur les travaux des naturalistes des provinces occidentales de la Russie et du royaume de Pologne aux XIX siècle; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1858. III. p. 97—158, 1859. I. p. 24—106 (b. Tr.). — *In commentationis hujus parte priore (p. 105—109) de indagatoribus florae Rossiae occidentalis tractatur, in parte altera autem (p. 144—157) 197 species plantarum (4 Algae, 7 Lichenes, 23 Fungi, 5 Musci, 5 Filicoideae, 153 Phaenogamae) enumerantur, additis earum stationibus et florendi tempore.*

87. — Notice sur l'histoire naturelle du district de Radomysl (gouvernement de Kief); in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1866. I. p. 214—251, II. p. 491—526 (b. Tr.). — *Enumerationem plantarum districtus Radomysl sistit, quae solummodo nomina 719 specierum (13 Algarum, 17 Lichenum, 76 Fungorum, 31 Muscorum, 13 Filicoidearum et 569 Phaenogamarum) affert.*

88. **Berdau, Felix**. Flora Cracoviensis. 1859. 8. VIII, 448 p. (b. Tr.). — *Opus hoc etiam plantas quorundam locorum (Przemsza, Ojkow) in Polonia sitorum respicit. In summa species 1183 (Phaenogamae 1154, Filicoideae 29) notantur et earum diagnoses, synonyma, loca natalia, stationes, florendi tempus et duratio adjiciuntur.*

89. — 70 species plantarum enumeravit in Polonia indigenas, in Wagae Flora polonica tamen deficientes, in: Biblioth. Warsz. 1859. III. p. 496—511 (non v. — Conf. Rostaf. Fl. polon. prodr. p. 5).

90. **Berg, Carolus.** Excursion nach Kurland; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. XX. 1874. p. 102—107 (v. in b. H. Petr.). — *Insunt quoque observationes quaedam in vegetationem plagae visitatae.*

91. **Berg, von.** Die Wälder in Finland und die Verbreitung der Waldbäume und Sträucher in Norwegen, Schweden und Finland; in: Jahrb. der K. Sächs. Akad. für Forst- und Landw. zu Tharand. Bd. XIII. 1859. p. 1—137. 1 mappa geogr. (non v.).

92. **Bergstraesser (Бергштрессеръ), Carolus (Карлъ Федоровичъ).** Опытъ описанія Олонецкой губерніи. С.-Петерб. 1838. 8. 135 p. (v.). — *Inest (p. 124—131) index plantarum, qui inscribitur: Списокъ растеніямъ, собраннымъ въ Олонецкой губерніи однимъ прилежнымъ любителемъ ботаники, Г. Штабсъ-Лекаремъ Ольбрихтомъ, и наименованнымъ, большею частію, Г. Академикомъ Триніусомъ. Sistit enumerationem alphabeticam 253 specierum phaenogamarum et cryptogamarum, quas medicus Olbricht collegit et B. Trinius determinavit.*

93. — Beschreibung des Gouvernements Olonetz im Allgemeinen und in landwirthschaftlicher und gewerblicher Hinsicht insbesondere; in: Mittheilungen der Freien Oekon. Gesellsch. zu St. Petersb. 1845. p. 174—203, 317—347, 1846. p. 17—47, 202—220, 397—408 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Autor catalogum 294 plantarum phaenogamarum et cryptogamarum in gubernio Olonez vigentium exhibet.*

94. **Bergstrand, C. E.** Naturalhistoriska anteckningar om Aland. Stockh. 1851. 8. 24 p. (b. Tr.). — *Comentatio haec 652 species plantarum (631 Phaenogamarum, 21 Filicoidearum) in insulis Alandicis indigenas amplectitur, adjectis earum locis natalibus et stationibus.*

95. **Bernhardt, R.** Colchicum autumnale L. in vicinia oppidi Riga observatum esse indicat in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. XIX. 1872. p. 110 (v. in b. Hort. Petr.).

96. **Bernic (Bernitius), Martinus (Marcin).** Catalogus plantarum tam exoticarum quam indigenarum, quae anno 1651 in hortis regiis Varsaviae et circa eandem in locis sylvaticis, pratensibus, arenosis et paludosis nascuntur. Gedani 1652 (non v. — Rostaf. Fl. pol. prodr. p. 2). — *Opus hoc verisimiliter idem est, quod autores quidam A. Knoefflio adscribunt (Conf. A. Knoeffel sub n. 689).*

96*. **Besmjenow (Безмѣновъ). Nicolaus (Николай Николаевичъ).** Нѣсколько словъ о разведеніи индиго близъ Шемахи; in: Зап. Кавк. Общ. Сельск. Хоз. 1863. sect. II. p. 160 seq. (non v.).

97. **Besser (Бессеръ), Wilibaldus Swib. Josephus Theophilus (Gottlieb) (Вилибальдъ Готлибовичъ).** Primitiae florae Galiciae austriacae utriusque. Viennae 1809. 12. Vol. I. XVIII, 399 p., Vol. II. VIII, 423 p. (b. Tr.). — *Volumini secundo appendix (p. 324—390) subjuncta est, quae 191 plantas enumerat a Kluk in districtu Lublinensi observatas et in opere Dykcyonarz roslinny descriptas, a Besser autem in Galicia haud lectas.*

98. — Catalogue des plantes du Jardin botanique de Krzemieniec en Volhynie. S. i. l. 1810. 8. 88 p. (b. Tr.). — *Plantarum in Volhynia sua sponte crescentium nomina in hoc catalogo litteris cursivis impressa sunt, absque ulla adnotatiuncula ulteriore.*

99. — Catalogue des plantes du Jardin botanique du Gymnase de Volhynie à Krzemieniec. Krzemien. 1811. 8. 117 p. (b. Tr.). Supplément au catalogue des plantes du Jardin botanique cetq. Cremen.

1812. 8. 37 p. (b. Tr.). Supplementum II ad catalogum plantarum in Horto botanico Gymnasii Volhyniensis Cremeneci cultarum anno 1813. Cremen. 1814. 8. 18 p. (b. Tr.). Supplementum III cetq. Cremen. 1814 (non v.). Supplementum IV cetq. Cremen. 1815. 8. 30 p. (b. Tr.). — *Etiam in hoc catalogo nomina vegetabilium a Besser in Volhynia observatorum litteris cursivis discernuntur. Jam autem species quaedam indigenae novae describuntur, e. gr. in supplemento IV: Rosa balsamica Bess. e Podolia, R. caryophyllacea Bess. e Volhynia, R. humilis Bess. e Podolia, R. livescens Bess., R. microcarpa Bess. e Volhynia, R. nitidula Bess. e Volhynia, R. uncinella Bess. e Podolia.*

100. — Catalogus plantarum in Horto botanico Gymnasii Volhyniensis Cremeneci cultarum. Cremen. 1816. 8. 161 p. (b. Tr.). — *Catalogus hic magnam copiam plantarum in guberniis Volhynia, Podolia et Kiew collectarum et in Horto Cremenecensi cultarum continet, quae quidem plantae indigenae litteris cursivis ab exoticis in catalogo distinguuntur. Nec non species novae: Alyssum podolicum Bess., Campanula neglecta Bess., Viola collina Bess. describuntur et praeterea nomina nova: Rosa Jundzilli Bess., R. Klukii Bess. et Taraxacum salinum Bess. proponuntur.*

101. — Plantas nonnullas notabiliores (Aldrovandam vesiculosam, Caulliniam novam, Alismata natans, ranunculoides, parnassifolium cetq.) in Lithuania detectas esse enuntiat; in: Regensb. bot. Zeitg. IV Jahrg. 1821. II. p. 683 (v. in b. Hort. Petr.).

102. — Florae volhynicae et podolicae affinitatem cum galicica, pannonica et taurico-caucasica dilucidat in: Regensb. Bot. Zeitg. 1820. I. p. 229—231 (v. in b. Hort Petrop.).

103. — Enumeratio plantarum hucusque in Volhynia, Podolia, gub. Kioviensi, Bessarabia cis-tyraica et circa Odessam collectarum. Vilnae 1822. 8. 111 p. (b. Tr.). — *Opus hoc 1632 species (1606 Phaenogamas et 26 Filicoideas) includit, additis variis observationibus et passim plantarum habitationibus. Species novae 68 describuntur.*

104. — Aperçu de la géographie physique de Volhynie et de Podolie; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. VI (1823) p. 185—212 (b. Tr.). Polonice sub titulo: Rzut oka na Jeografia fizyczna Wolynia i Podola. W Wilnie 1828. 8. 21 p. (b. Tr.). — *De florae indole tractatur et indices afferuntur plantarum: 1) austriaco-pannonicarum, 2) germanicarum, 3) italicarum, 4) orientalium, 5) septentrionalium, 6) sibiricarum et 7) taurico-caucasicarum, quae simul vel in Volhynia vel in Podolia sua sponte nascuntur. Denique de 68 speciebus novis in Volhyniâ et Podolia detectis et in Enumeratione plantarum Volhyniae cetq. expositis autor mentionem facit.*

105. — Absynthium Gärtn.; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. I. 1829. p. 219—265 (b. Tr.). — *25 species (14 rossicae) distinguuntur, quarum 4 autori ignotae, 21 autem describuntur, additis earum synonymis et patria.*

106. — Bemerkungen über H. Professor Eichwalds Naturhistorische Skizze von Lithauen, Volhynien und Podolien; in: Beibl. zur Regensb. Bot. Zeitg. XV. 1832. II. p. 1—55 (v. in b. Hort. Petrop.). — *Largissimam copiam emendationum et additamentorum ad opus Eichwaldii supra citatum spectantium autor affert.*

107. — Ueber die Flora des Baikals; in: Beibl. zur Regensb. Bot. Zeitg. XVII. 1834. I. p. 1—30 (v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 16. 30 p. (b. Tr.). — *Phaenogamarum et Filicoidearum 1210 species ad methodum naturalem dispositae enumerantur, quarum 1077 e catalogo Turczaninowii (in: Щел. Указ. открыт. cetq.) desumtae, 133 autem a Bessero additae sunt. Nil nisi nomina.*

108. — Tentamen de Abrotanis seu de sectione II^a^ Artemisiarum Linnaei; in: Nouv. Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. III (IX). 1834. p. 3—92. 5 tab. (b. Tr.). Etiam seorsum prodiit (non v.). — *Species 75 (44 rossicae) recensentur, adjectis earum synonymis et patria.*

109. — De Seriphidiis seu de sectione III^a Artemisiarum Linnaei; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. VII. (1834). p. 5—46 (b. Tr.). Etiam separatim impressum (non v.). — *9 species (3 rossicae) et earum varietates numerosissimae describuntur, additis earum synonymis et habitationibus.*

110. — Dracunculi seu de sectione IV^a et ultima Artemisiarum Linnaei; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. VIII. 1835. p. 3—97 (b. Tr.). Etiam seorsum excusum (non v.). — *Species 36 (17 rossicae) tractantur, quarum descriptiones, synonyma et loca natalia adjiciuntur.*

111. — Enumeratio Artemisiarum illarum, quas non vidi; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. VIII. 1835. p. 177—180 (b. Tr.). Redit in: Schlechtend. Linnaea XIII. 1839. p. 399—401 (v. in b. Hort. Petr.). — *Autor in Bull. de Mosc. 37 species indicat, quas non vidit, et 6 species, quas e genere excludendas esse censet; in Linnaea autem 49 species notantur, quas autor desiderat.*

112. — Supplementum ad synopsin Absynthiorum, tentamen de Abrotanis, dissert. de Seriphidiis atque de Dracunculis; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. IX. 1836. p. 3—115 (v. in b. Hort. Petr.). Etiam seorsum editum est (non v.). — *Artemisiae speciebus antea a Bessero recensitis adduntur Absynthii 9 species (5 rossicae), Abrotani 7 species (4 rossicae), Seriphidii 7 species (exoticae) et Dracunculi 2 species (exoticae), nec non index specierum omnium generis Artemisiae earumque synonymorum.*

138; I. 3. 1873. p. 487—598; II. 1. 1873. p. 17—131 (b. Tr.). Seorsum prodiit: Одесса. 1872—1873. 8. 291 p. (b. Tr.). — *In commentatione hac, de flora Novae Rossiae et Bessarabiae tractante, insunt: 1. Взглядъ на состояніе изслѣдованій растительности Новороссійскаго края и Бессарабіи съ показаніемъ пособій для изученія ея; 2. Очеркъ растительности сѣверной части Таврической губерніи; 3. историческій сводъ наблюденій, относящихся къ флорѣ Криптогамовъ Новороссійскаго края и Бессарабіи; 4. Ллгологическія и микологическія Экскурсіи по низовьямъ Днѣпра и Днѣстра; 5. Списокъ водорослей и грибовъ, встрѣчающихся въ Новороссіи и Бессарабіи. Enumeratio plantarum in parte septentrionali gubernii tauricі vigentium species phaenogamas 742 et Filicoideas 6 amplectitur, additis earum nomimbus vernaculis rossicis, habitationibus, stationibus, florendi tempore et duratione. In Indice Algarum et Fungorum Rossiae Novae et Bessarabiae species 394 (Algae 151, Fungi 243) exstant, annexis synonymis, locis natalibus et stationibus.*

1352. — Очеркъ растительности Ріонскаго бассейна; in: Зап. Новорос. Общ. Естеств. II. 3. 1874. p. 371—487 (b. Tr.). Separatim impressum: Одесса. 1874. 8. 117 p. (b. Tr.). — *De vegetatione tractus fluvio Rioni adjacentis disserens autor literaturam exponit, quae hunc floram spectat, excursiones, quas fecit, commemorat et demum variarum localitatum vegetationem adumbrat et notabiliores cujusque localitatis plantas indicat.*

1353. — Результаты полугодовыхъ изслѣдованій растительности преимущественно Ріонскаго края; in: Проток. Новороссійскаго Общ. Естеств. за 1874 годъ. 1-ое полугодіе p. 4—7 (b. Tr.). — *Vegetationem tractus caucasici totius autor dividit in: 1. floram desertorum ad pedem septentionalem jugi caucasici sitorum, 2. floram districtus Lenkoran, 3. floram convallium fluviis Cyro et Araxi adjacentium, 4. floram ditionis maris nigri et 5. floram ipsorum montium caucasicorum; in ditione*

fl. Rionis autem autor discernit: 1. regionem Carpini et Quercus 2. regionem Fagi, 3. regionem Piceae et Abietis, 4. regionem Betulae et 5. regionem alpinam.

1353*. — Stirpem novam, Phillyream Medwedewi Ssred. (Ph. Vilmorinianam Boiss.), descripsit in: Лѣсн. Журн. 1875. n. 6 (non v.). Conferas: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. VII. 1876. p. CLXXIII (v.).

1353**. — Edidit fasciculum 1 herbarii Cryptogamarum vascularium (v. in herb. Trautv.) et fasciculum 1 herbarii mycologici (non v.). Conferas: Труд. С.-Петерб. Общ. Естеств. VII. 1876. p. CLXIX, CLXXX (v.).

Sselski (Сельскій). Conf. Selski sub n. 1285.

Ssemenow (Семеновъ), Nicolaus (Николай Михайловичъ). Conf. N. M. Semenow sub n. 1286.

Ssemenow (Семеновъ), N. P. (Н. П.). Conf. N. P. Semenow sub n. 1287.

Ssemenow (Семеновъ), Petrus (Петръ Петровичъ). Conf. P. Semenow sub n. 1288.

Sserebriakow (Серебряковъ), J. (И.). Conf. J. Serebriakow sub n. 1290.

Ssitowski (Ситовскій), Nicolaus (Николай Петровичъ). Conf. N. Sitowski sub n. 1298.

Ssobolewski (Соболевскій), Gregorius (Григорій). Conf. Gr. Sobolewski sub n. 1309.

Ssokolow (Соколовъ), A. (А.). Conf. A. Sokolow sub n. 1313.

Ssorokin (Сорокинъ), Nicolaus (Николай Васильевичъ). Conf. N. Sorokin sub n. 1315.

Ssowinski (Совинскій), W. K. (В. К.). Conf. W. K. Sowinski sub n. 1341.

Stefanek. Secundum Berdau Fl. Cracov. p. 25 et Rostafinski Fl. Pol. prodr. p. 2. nil nisi cognomen Stephani a Kobylin, quem conf. sub n. 691.

1354. **Steller, Georgius Wilhelmus.** Beschreibung vom Lande Kamtschatka, dessen Einwohnern, deren Sitten, Namen, Lebensart und verschiedenen Gewohnheiten, herausgegeben von J. B. S. (Scherer). Frankf. und Leipz. 1774 (v.).

1355. — Topographische und physikalische Beschreibung der Beringsinsel, welche im östlichen Weltmeere an der Küste von Kamtschatka liegt; in: Pallas Neue Nord. Beitr. II. 1781. p. 255—301 (v. in b. Hort. Petr.). — *In insula Beringii 211 plantarum species se reperisse Steller narrat, quarum 33 nominatim indicat. Vegetabilia hujus terrae omnia etiam in Sibiria orientali indigena esse, ultra 100 eorum usque in Europam vagari et tantum pauca in Americam transgredi autor docet.*

1356. — Consignatio plantarum rariorum, ab urbe Mosqua Tomsk urbem usque observatarum. Manu scriptum (sec. Pallas) (non v.).

1357. — Flora isetensis. Manu scriptum (secundum Hoffm. De fatis cetq. rei herb. p. 18) (non v.).

1358. — Sylloge plantarum circa Tobolsk nascentium et aliarum in itinere per Rossiam observatarum. Manu scriptum (secundum Pallas) (non v.).

1359. — Flora irkutensis. 1739. Manu scriptum (secundum J. G. Gmelin) (non v.). — *Gmelinus Floram hanc plantas non parvo numero continere fatetur, quas ipse praetermisit.*

1360. — Enumeratio plantarum a Lena usque ad Mare Ochotense observatarum. Manu scriptum (secundum Pallas) (non v.).

1361. — Flora kamtschatica. Manu scriptum (secundum Pallas, qui caeterum hoc opus ipse non vidit) (non v.).

1362. — Catalogus plantarum in insula Beringii observatarum an. 1742. Manu scriptum (secundum Pallas) (non v.). —

1363. — Mantissa plantarum minus aut plane incognitarum. Manu scriptum (secundum Pallas) (non v.).

1364. — Catalogus medicamentorum, apud Rossos, Tataros et Ostiacos usitatorum, annis 1737 et 1738 collectorum. Manu scriptum (secundum Pallas) (non v.).

Stenberg, Petrus. Conf. C. N. Hellenius sub n. 527.

1365. **Stephan, Christianus Fridericus.** Enumeratio stirpium agri mosquensis. Mosq. 1792. 8. 63 p. (b. Tr.). — *Species 860 (Phaenogamae 681, Filicoideae 20, Cryptogamae reliquae 159) enumerantur, additis generum et specierum definitionibus brevibus, nec non specierum stationibus.*

1366. — Icones plantarum mosquensium ad historiam plantarum circa Mosquam crescentium illustrandam. Mosquae. 1795. Dec. I et II. (non v.).

1367. — Nomina plantarum, quas alit ager mosquensis et hortus privatus. Petrop. 1804. 8. 61 p. (v. in b. Hort. Petr.). — *Solummodo nomina specierum 871 (Phaenogamarum 629, Filicoidearum 23, Muscorum 72, Characearum, Lichenum, Algarum et Fungorum 147) circa Mosquam sua sponte nascentium notantur, omissis earum locis natalibus cetq.*

1368. — Plantae novae Sibiriae; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. II. 1809. p. 6—9. tab. 3—4 (v. in b. Hort. Petr.). — *Potentilla Salessoviana Steph. et Moluccella Marrubiastrum Steph. descriptionibus et iconibus illustrantur.*

1369. — Description de deux nouveaux genres de plantes; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. I. p. 125 seq. (edit. secund. a. 1811. p. 88—94. 2 tab.). (b. Tr.). — *Descriptiones et icones*

Biebersteiniae odorae Steph. et Dalibardae ternatae Steph. afferuntur, additis diagnosibus Dalibardae specierum 2 americanarum.

Sternberg, liber baro Franciscus ab Ungern-. Conf. Ungern-Sternberg sub n. 1526.

1370. **Steven (Стевень), Christianus a (Христіанъ Христіановичъ).** Decas plantarum nondum descriptarum Iberiae et Rossiae meridionalis; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. II. 1809. p. 173—183. tab. 15 (v. in b. Hort. Petr.). — *Allium guttatum Stev., Ophryos species 2, Orchis satyrioides Stev., Fediae species 2, Veronicae species 2, Quercus iberica Stev. et Spinacia tetrandra Stev. describuntur et analyses florum harum specierum in tabula annexa exhibentur.*

1371. — Alyssi rostrati Stev. et Erodii serotini Stev. descriptio: in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. III. 1811. p. 293—298. tab. XV (v. in b. Hort. Petr.). — *Plantae hae ad fl. Tyram lectae exponuntur et in tabula repraesentantur.*

1372. — Catalogue des plantes rares ou nouvelles, observées pendant un voyage autour du Caucase oriental; in: Mém. de la Soc. des nat. de Mosc. III. 1812. p. 244—270 (b. Tr.). Continuatio prodiit sub inscriptione: Stirpes rariores in itinere caucasico anno 1810 lectae; l. c. IV. 1812—1813 (edit. secund. 1830) p. 89—112 (b. Tr.). — *Species phaenogamae 220 consignantur, additis earum synonymis, habitationibus et stationibus, nec non observationibus variis et descriptionibus specierum novarum 63.*

1373. — Observationes in Saxifragas taurico-caucasicas; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. IV. 1812—1813 (edit. secund. 1830) p. 113—122 (b. Tr.). — *Species 12 commemorantur et observationibus illustrantur, adjectis earum synonymis et saepe quoque habitationibus.*

1374. — Observationes in plantas rossicas et descriptiones specierum novarum; in: Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. V. 1817.

p. 334—356 ; Nouv. Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. I (VII). 1829. p. 257—279. 5 tab. ; III. (IX) 1834. p. 93—107. 3 tab. (b. Tr.). In : Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. IV. 1832. p. 250—269 (b. Tr.) eadem commentationis pars redit, quae in Nouv. Mém. de Mosc. III (IX) p. 93—107 invenitur. — *In tractatu hoc inter alia continentur: (V. p. 334—338) conspectus Corispermorum rossicorum, (V. p. 342—354) descriptiones Fediarum rossicarum, (VII. p. 261—268) illustratio specierum 12 (rossicarum 5) generis Colchici, (IX. p. 95—99) conspectus 3 specierum rossicarum generis Eremuri, (IX. p. 101—104) disquisitio in Tilias tauricocaucasicas 3, (IX. p. 104—107) tribus Astragalearum in 24 genera dividendae conamen cetq.*

1375. — Monographia Pedicularis ; in : Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. VI. 1823. p. 1—60. 17 tab. (b. Tr.). Seorsum impressum : Mosq. 1822 (non v.). — *Species 49 (rossicae 36) descriptionibus et iconibus illustrantur, additis earum synonymis et locis natalibus.*

1376. — Description of nine new Species of Plants from Caucasus ; in : The Transact. of the Linn. Soc. XI. 1835. p. 408—418. 9 tab. (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum impressum : London 1835 (non v.). — *Insunt descriptiones et icones specierum novarum : Veronicae Cristae galli Stev., Anchusae alpestris Stev., Androsaces albanae Stev., Cucubali laceri Stev., Silenes caespitosae Stev., Orobi formosi Stev., Serratulae elegantis Stev., Serratulae depressae Stev. et Orchis mutabilis Stev.*

1377. — De Pinubus taurico-caucasicis : in : Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1838. I. p. 43—53. 1 tab. (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 11 p. (p. 43—53). 1 tab. (b. Tr.). — *Species 6 describuntur earumque loca natalia in Caucaso et Transcaucasia indicantur. Tabula Pinum Nordmannianam repraesentat.*

1378. — Annotationes botanicae ; in : Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1848. III. p. 267—284 (b. Tr.). Separatim editum s. i. l.

et a. 8. 20 p. (b. Tr.). — *Autor de plantis imprimis rossicis, verum etiam de paucis exoticis, tractans species novas haud paucas proponit. Species 7 generis Ceratocephali distinguuntur et species rossicae 17 generis Valerianellae lustrantur.*

1379. — Observationes in Asperifolias taurico-caucasicas; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1851. II. p. 558—609 (b. Tr.). Seorsum prodiit s. i. l. et a. 8. 54 p. (b. Tr.). — *Asperifoliae illius plagae omnes enumerantur et maxima ex parte describuntur, nec non genera nova quaedam speciesque novae plures proponuntur, additis cuique speciei locis natalibus.*

1380. — Xiphocoma et Gampsoceras, duo genera e familia Ranunculacearum; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1852. II. p. 537—544 (b. Tr.). Seorsum impressum: Mosquae. 1852. 8. 8 p. 1 tab. (b. Tr.). — *Praeter icones et descriptiones specierum 5 Xiphocomae et 1 speciei Gampsoceratis insunt adumbrationes fructuum specierum 7 Ceratocephali nec non descriptio et icon Ranunculi daucifolii Stev.*

1381. — Verzeichniss der auf der taurischen Halbinsel wildwachsenden Pflanzen; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1856. II. p. 234—334, III. p. 121—186, IV. p. 339—418; 1857. II. p. 325—398, III. p. 65—160 (b. Tr.). Separatim impressum: Mosk. 1857 (non v.). — *Species phaenogamae 1654 enumerantur, additis earum habitationibus et stationibus nec non adnotationibus numerosis et descriptionibus specierum novarum.*

1382. **Stitzenberger, Ernestus.** Verzeichniss der von Th. v. Heuglin auf Nowaja Semlja gesammelten Lichenen; in: Peterm. Geogr. Mitth. 1872. XI. p. 420—421 (b. Tr.). — *Nomina 49 Lichenum afferuntur, additis eorum stationibus.*

1383. — Index Lichenum hyperboreorum; in: Ber. üb. d. Thät. der St. Gallischen naturw. Gesellsch. währ. 1874—75. p. 189—245 (v. in b. Hort. Petr.). — *Autor quoque Lichenes in regionibus*

arcticis Rossiae europaeae et Sibiriae nascentes in indicem recepit. In universum species hyperboreas 805 enumerat, additis earum patria et stationibus.

Strandberg, A. F. Conf. J. E. A. Wirzen sub n. 1608.

1384. **Strassburger, Eduardus.** Die Befruchtung bei den Farrnkräutern; in: Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII ser. t. XII. № 3. 1868. 14 p. 1 tab. (b. Tr.). — *De evolutione antheridiorum et archegoniorum nec non de foecundatione in Pteride serrulata et Ceratopteride thalictroide observatis autor refert.*

1385. — Die Befruchtung bei den Farrnkräutern; in: Pringsh. Jahrb. für wiss. Botan. VII. 1869—1870. p. 390—408. 2 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Observationes recentiores suas in Filicum foecundationem autor exponit.*

1386. — Die Geschlechtsorgane und die Befruchtung bei Marchantia polymorpha L.; in: Pringsh. Jahrb. für wiss. Botan. VII. 1869—1870. p. 409—422 (v. in b. Hort. Petr.). — *Antheridiorum et archegoniorum evolutio et foecundationis exsecutio describuntur. Marchantiam hoc respectu ad Filices proxime accedere probatur.*

Strömborg, J. E. Conf. Th. Sälan sub n. 1226.

Stscheglcew (Щеглеевъ**), Sergius (Сергей Сергеевичъ).** Conf. S. Schtscheglejew sub n. 1267.

1387. **Sturm, J. W.** Ueber Equisetum litorale Kühlew., eine für Bayern neue Pflanze; in: Regensb. Bot. Zeitg. 1857. p. 689—691 (v. in b. Hort. Petr.). — *Species haec primum Petropoli detecta describitur et ejus distributio geographica exponitur.*

1388. **Sujew (Зуевъ), Basilius (Василій).** Conf. P. S. Pallas sub n. 1054.

1389. **Swenske (Свенске), Carolus (Карлъ).** Новая Земля въ географическомъ, естественно-историческомъ и промышленномъ отношеніяхъ. С.-Петерб. 1866. 8. VI. 130 p. 1 tapra

geogr. 2 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *In p. 87—102 vegetatio insularum Nowaja Semlja ad observationes Baerii adumbratur.*

1390. **Syrennius (Syreniusz-Syrensky), Simon (Szymon).** Zielnik. Cracov. 1613. Fol. Dedicat. praefat. 1540 p. 12 foll. indic. icon. xylog. (v.). Editio 2-a. W Warsz. 1832 (non v.). — *In bibliotheca Horti Petropolitani vidi exemplar editionis anni 1613, in quo titulus, 2 folia dedicationis et praefationis et folium primum indicis desiderantur. Autor plantarum magnam copiam iconibus illustrat et de earum stationibus, florendi tempore, proprietatibus, viribus atque usu fuse tractat, patriam autem plerumque non curat.*

1391. **Szovits (Szowics, Skovitz, Шовицъ), A. J. (Осипъ Ивановичъ)** et **Adolphus Franciscus Lang.** Herbarium florae ruthenicae sistens plantas rariores in gubernio chersonensi sponte obvias. Cont. I—II (non v.).

1392. **Szubert (Schubert), Michael.** Spis roslin ogrodu botanicznego Krolewsko-Warszawskiego Universitetu. W Warsz. 1820 (b. Tr.). Editio altera : W Warsz. 1824 (v.). — *Index hic species 907 circa Warsaviam sponte sua nascentes continere fertur.*

1393. — Monografia sosny pospolitej. Prodiit 1820 in scriptis Societatis cujusdam Warsaviensis (non v.).

1394. — Opisanie drzew i krzewow lesnych Krolestwa Polskiego. W Warsz. 1827 (v.).

T.

Tamlander, Zarachias. Conf. J. G. Justander sub n. 619.

1395. **Taratschkow (Taratchkoff, Тарачковъ), Alexander (Александръ Степановичъ).** Observations sur les époques du développement des plantes indigènes des environs d'Orel, faites pendant les années 1851, 1852 et 1853 ; in : Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc.

1854. II. p. 470—480; 1855. III. p. 1—37 (b. Tr.). Seorsum impressum: Mosc. Pars I. 1854. 8. 13 p., Pars II. 1855. 8. 37 p. (b. Tr.). — *Gubernium Orel et ejus florae indoles paucis illustrantur et dein plantarum indigenarum species 471 enumerantur et tempus, quo annis 1851—1853 in varias vegetationis phases ingressae sunt, indicatur.*

1396. — Путевыя замѣтки по Орловской и сосѣднимъ съ нею губерніямъ. Орелъ. 1861 (non v.).

1397. — et **Ferdinandus (Фердинандъ Осиповичъ) Poganko (Поганко).** Высушенныя растенія Орловской Флоры. Сотни I—V (herb. Tr.). Unicuique centuriarum 3 priorum index additus est sub titulo: Названія растеній 1-ой, 2-ой или 3-ей сотни, s. i. l. et a. et ipsorum autorum. fol. 2 p. (b. Tr.); indices centuriarum 4-tae et 5-tae inscripti sunt: Каталогъ высушенныхъ растеній Орловской флоры. Составилъ Ал. Тарачковъ. Орелъ 1854 et 1857 г. (b. Tr.). — *Indices 3 priores hujus herbarii gubernii Orel nomina plantarum systematica et vernacula rossica continent, indices 2 posteriores autem praeterea plantarum habitationes, stationes, florendi tempus et hinc inde quoque usum.*

1398. **Taratschkow (Тарачковъ), Nicolaus (Николай Степановичъ).** Воронежская Флора. Сотни I—IV. Adjectus est catalogus sub titulo: Каталогъ высушенныхъ растеній Воронежской Флоры. Сотня I. Воронежъ 1852. 8. 29 p. (b. Tr.). — *In catalogo hujus herbarii gubernii Woronesh invenies plantarum nomina systematica et vernacula rossica, earum loca natalia et stationes nec non usum.*

1399. **Tardent, Carolus.** Essai sur l'histoire naturelle de la Bessarabie. Lausanne 1841. 16. 88 p. (b. Tr.). — *Inest in p. 27—88: Catalogue des plantes qui croissent naturellement en Bessarabie et aux environs d'Odessa. In catalogo hoc plantarum species 803 (Phaenogamae 766, Filicoideae 5, Musci 2, Lichenes 8, Fungi 21, Algae 1) enumerantur, additis earum habitationibus, stationibus et florendi tempore.*

1400. **Tausch, Ignatius Fridericus.** Diagnoses plantarum minus cognitarum e Flora sibirica Gmelini; in: Regensb. Bot. Zeitg. XI. 2. 1828. p. 481—488 (v. in b. Hort. Petr.). — *Compositarum species sibiricae 15 (novae 11, — genus novum 1), maxima ex parte jam a Gmelino descriptae, exponuntur.*

1401. **Tauscher, Augustus Michael.** L'Inderskoïe; in: Mém. de la Soc. d. natur. de Mosc. IV. 1812—1813 (edit. secund. 1830) p. 229—235 (b. Tr.). — *E plantis hujus plagae tantum perpaucae (species circiter 20) commemorantur.*

Tchegleeff (Щеглеевъ), Sergius (Сергей Сергеевичъ). Conf. S. Schtscheglejew sub n. 1267.

1402. **Tchertkoff (Чертковъ), Alexander (Александръ).** Plantes des environs d'Olchovatka, gouvernement de Voronège; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. VI. 1833. p. 14—17 (b. Tr.). — *Sistit catalogum 85 plantarum phaenogamarum exsiccatarum gubernii Woronesh cum Societate naturae curiosorum Mosquensi ab Al. Tchertkoff communicatarum.*

1403. **Tchihatcheff (Чихачевъ), Petrus a (Петръ Александровичъ).** Voyage scientifique dans l'Altai oriental et les parties adjacentes de la frontière de Chine. Paris. 1845. 4 maj. XVI, 466 p. cum tab. et mapp. geogr. (v. in b. Hort. Petr.). Polonice prodiit: Warsz. 1850—1851. Voll. I—II (non v.) et germanice: Heidelb. 1846 (non v.). — *In ipsa relatione de itinere plantae quaedam observatae suis locis commemorantur, praeterea autem in p. 412—418 tractatus sub inscriptione «Enumeratio plantarum ab auctore in itinere suo trans Altaïum orientalem lectarum» invenitur, qui nomina stirpium 243 (Phaenogamarum 239, Filicoidearum 4) a Turczaninowio determinatarum suppeditat, adjectis earum locis natalibus.*

1404. — Asie Mineure. Description physique, statistique et archéologique de cette contrée. Troisième partie. Botanique. Paris 1860. 8. t. I. LVI, 484 p. tab. 1—20; t. II. XVI, 676 p. tab. 21—24

(v. in b. Hort. Petr.). — *Opus hoc etiam vegetabilia Armeniae rossicae et Abchasiae respiciens imprimis Phaenogamas tractat, subnexis Filicoideis 39, Muscis 33, Lichenibus 46, Alyis 50, Fungis 38. Specierum omnium synonyma graviora et loca natalia intra florae fines sita indicantur, nec non diagnoses (190) vel descriptiones imo icones stirpium novarum aut minus cognitarum afferuntur.*

1405. — Etudes sur la végétation des hautes montagnes de l'Asie-Mineure et de l'Armenie ; in : Bull. de la Soc. bot. de France. IV. 1857. p. 863—894 (v. in b. Hort. Petr.). Seorsum impressum : Paris 1857 (non v.). — *Autor primum Phaenogamas jugi Bulgardagh enumerat, deinde floras montium : Olympi bithynici, Bulgardagh, Argei, Alidagh et Ararati inter se comparat simulque vegetationis Armeniae rossicae et provinciarum caucasicarum rationem habet.*

1406. **Teetzmann, Franciscus.** Ueber die südrussischen Steppen und über die darin im Taurischen Gouvernement belegenen Besitzungen des Herzogs von Anhalt-Köthen ; in : v. Baer u. v. Helmers. Beitr. zur Kenntn. d. Russ. Reichs. XI. 1845 p. 87—135 (b. Tr.). — *Inter alia de vegetatione desertorum tauricorum generatim disseritur et plantarum phaenogamarum species 250 in praedio Ascania-nowa gubernii taurici sua sponte crescentes enumerantur.*

1407. **Teich, A.** Excursion in das nordwestliche Kurland ; in : Corresp. Bl. des Naturf. Ver zu Riga. XX. 1874. p. 126—131 (v. in b. Hort. Petr.). — *Relationi huic etiam observationes in vegetationem illius plagae inspersae sunt.*

1407*. **Teinburg (Тейнбургъ), P. (H).** Хлопчатобумажное производство за Кавказомъ ; in : Зап. Кавк. Общ. Сельск. Хоз. 1870. sect. II. p. 147 seq. (non v.).

1408. **Tengström, Johannes Magnus a.** De Geo periculum botanicum. Pars I. Respond. C. W. Fontell. Aboae 1816 (non v.).

— Conf. Fr. Nylander sub n. 968.

1409. — Stirpes cotyledoneae paroeciae Pojo. Resp. Ad. Abr. Nylander. Helsingf. 1844. 8. 22 p. (v. in b. Hort. Petr.). — *Phaenogamarum species 443 in Fennia austro-occidentali, in vicinia Hangöudd, lectae notantur, additis rariorum locis natalibus.*

1410. — In distributionem vegetationis per Ostrobothniam collectanea. Respond. Fred. Hellström. Helsingf. 1846. 8. 22 p. (b. Tr.). — *De vegetatione Ostrobothniae in genere tractatur, in p. 15—22 autem habitationes specierum quarundam intra Ostrobothniae fines indicantur.*

1411. — Ad cognitionem specierum fennicarum generis Mycetopori symbolae. Respond. F. G. Mäklin. Helsingf. 1847 (non v.).

1412. **Teplouchow (Теплоуховъ), Theodorus (Осдоръ Александровичъ).** Ein Beitrag zur Kenntniss der sibirischen Fichte, Picea obovata Ledeb.; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1868. III. p. 244—252 (b. Tr.). Seorsum impressum: Mosk. 1869 (b. Tr.). — *Piceam obovatam Ledeb. a Picea vulgari Link. autor haud specifice differre censet et Piceae vulgaris varietates tres: europaeam Tepl., uralensem Tepl. et altaicam Tepl. distinguit.*

1413. — Ein Blick auf das Klima und die Vegetation des westlichen Altai; in: Ausland. 1869. № 34. p. 793—797, № 35. p. 821—826 (non v.).

1414. **Ternström, Chr.** De Alandia, maris baltici insula. Pars prior. Praes. P. Ekermann. Upsala. 1745 (non v.).

1415. **Thümen, F. a.** Beitraege zur Pilz-Flora Sibiriens; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1877. I. p. 128—152; 1878. II. p. 206—252; 1880. I. p. 72—104 (b. Tr.). — *Fungorum species 645 prope Minussinsk lectae enumerantur, additis earum habitationibus et stationibus, nec non descriptionibus specierum novarum.*

Thurén, A. Conf. E. F. Aspelin sub n. 38.

Ticander, Mich. Conf. P. A. Gadd sub n. 417.

1416. **Tichomirow (Тихомировъ), Vladimirus (Владиміръ Андреевичъ).** Peziza Kauffmanniana, eine neue, aus Sclerotium stammende und auf Hanf schmarotzende Becherpilz-Species; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1868. II. p. 295—342. 4 tab. (b. Tr.). — *Peziza haec in districtibus Jelna et Krassny gubernii Smolensk detecta et observata describitur et ejus structura et evolutio illustrantur.*

1417. — Спорынья (Secale cornutum s. Claviceps purpurea Tul.), строеніе, исторія развитія и вліяніе спорыньи на организмъ при хроническомъ отравленіе ею куръ. Москва 1873 (non v.).

1418. — Изслѣдованіе строенія и исторіи развитія рожковъ ржи и тростника (Claviceps purpurea et microcephala L. R. Tul.); in: Труд. втор. съѣзда Русскихъ Естеств. въ Москвѣ, по отдѣлу Ботаники, p. 173—245. 2 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Structura et evolutio Clavicipitis purpureae Tul. et Cl. microcephalae Tul. exponuntur et icombus illustrantur.*

1419. **Tiling, Henricus.** Ueber den rothen Schnee; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. VI. 1853 p. 76—82 (v. in b. Hort. Petr.). — *Autoris observationes quaedam in nivem sordide rosei coloris prope Ajan repertam et disquisitiones aliorum scriptorum in Haematococcum pluvialem Flot. (Protococcum nivalem Grev.) offeruntur.*

1420. — Ueber die Grenzen zwischen Pflanzen- und Thierleben; in: Corresp. Bl. des Naturf. Ver. zu Riga. VII. 1854. p. 163—175, 177—184 (v. in b. Hort. Petr.). — *Fines certos inter regnum animale et regnum vegetabile non cognitos esse autor probare conatur.*

1421. — Ornithogalum umbellatum L. Eine für die Flora Livlands neue Pflanze; in: Corresp. Bl. des Naturf Ver. zu Riga. IX.

1857. p. 131 (v. in b. Hort. Petr.). — *Plantam hanc prope Wenden Livoniae repertam esse notatur.*

— Conf. E. Regel sub n. 1142.

1422. **Tillands (Til-Landz, Tillander), Elias.** Icones novae in usum selectae et catalogo plantarum promiscue appensae. Aboae 1683. 8 min. 160 p. (v. in b. Hort. Petr.) — *Insunt icones stirpium 158 (Phaenogamarum 149, Cryptogamarum 9) absque omni textu, additis solummodo plantarum nominibus.*

1423. — Catalogus plantarum, tam in excultis, quam incultis locis prope Aboam superiore aetate nasci observatarum. Aboae 1673 (non v.). Editio altera, auctior prodiit sub inscriptione «Catalogus plantarum quae prope Aboam tam in excultis, quam incultis locis huc usque inventae sunt. In gratiam Philo-Botanicorum auctior editus. Accessere praeterea usitatiora Suecica atq. Fennonica nomina, cum brevi virtutum recensione. Aboae 1683. 8 min. 72 p. non signatae» (v. in b. Hort. Petr.). — *In operis editione secunda plantarum phaenogamarum et cryptogamarum, cum indigenarum tum cultarum, species 536 ordine alphabetico enumerantur. Nec loca natalia nec stationes indicantur,*

Timjanski. Conf. C. Fuchs sub n. 414.

1424. **Timoťejew (Тимофѣевъ), V. (Влад.).** Матеріалы для Флоры тайнобрачныхъ Черниговской губерніи; in: Зап. Кіевск. Общ. Естеств. II. 2. 1871. p. 196—210 (b. Tr.). — *Algarum species 100 et Lichenum spec. 15 in gubernio Tschernigow inventae enumerantur.*

Tolstoi (Толстой), G. (Юрій Васильевичъ). Conf. Sertum Petropolitanum sub n. 1630.

1425. **Tolstoi (Толстой), comes Michael (Графъ Михаилъ Владиміровичъ).** Опытъ ботаническаго календаря или время цвѣтенія дикорастущихъ растеній Московской губерніи; in: Журн. Садов изд. Росс. Общ. Любит. Садов. Москва. 1838.

№ 2. p. 92—112, № 3. p. 108—118 (b. Tr.). — *Tempus florendi 566 specierum phaenogamarum in gubernio Mosquensi sua sponte vigentium notatur.*

1426. **Toropow (Тороповъ).** Опытъ медицинской географіи Кавказа. С.-Петерб. 1864. 8. III. 416 p. (v.). — *Insunt etiam observationes phytogeographicae et index plantarum ab Abel in vicinia oppidi Kutais lectarum.*

1427. **Tournefort, Josephus Pitton de.** Corollarium institutionum rei herbariae, in quo plantae 1356 munificentia Ludovici Magni in orientalibus regionibus observatae recensentur et ad genera sua revocantur. Paris 1703 (non v.). Redit in ejusdem autoris Institutionibus rei herbariae. Edit. III. Paris 1719. ad calcem t. I. (4. 4 fol. non signata, 58 pag. signatae) (b. Tr.). — *Nil nisi generum nomina et specierum phrases diagnosticae brevissimae afferuntur, neglectis omnino plantarum locis natalibus.*

1428. — Relation d'un voyage du Levant, fait par ordre du Roy. Paris. 1717. 4. t. I. 9 fol. non sign., 544 p. sign., tab. numer.; t. II. 2 fol. non sign., 526 p. sign., 20 fol. non sign., tab. numer. (v. in b. Hort. Petr.). — Versio anglica prodiit: London. 1741. 3 voll. (non v.), germanica: Nürnb. 1776—1777. Bd. I—III (non v.), hollandica: Amsterd. 1737 (non v.). — *Autor ex Asia minore in Armeniam et Grusiam penetravit ideoque in relatione de itinere suo etiam has regiones earumque floram tractat.*

1429. **Trautschold, H.** Bemerkungen und Versuche über den Einfluss des Bodens auf die Pflanzen; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1858. IV. p. 329—394 (b. Tr.). — *Vegetationem zonae vel regionis cujusvis in universum tantum e temperatura et humiditate, nec e soli proprietatibus physicis vel chemicis pendere autor docet.*

1430. **Trautvetter, Ernestus Christianus a.** De novo systemate botanico brevis notitia; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1841. III. p. 509—528. 1 tab. (b. Tr.). In epitomen redactum redit

in: Schlechtend. Linnaea. XVI. 1842. p. 561—582. 1 tab. (v.) et seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 22 p. 1 tab. (b. Tr.). — *Regnum vegetabile dividitur in 2 partes sive series (Plantarum simplicium et Plantarum compositarum), 4 classes, quarum in una quaque serie 2 (Fungorum, Graminum, — Herbarum, Arborum) et 16 ordines, quorum in una quaque classe 4 (Fungorum, Algarum, Muscorum, Filicum, — Spadiceorum, Glumaceorum, Liliaceorum, Palmarum, — Squamiflorearum, Tubiflorearum, Papilionacearum, Ranunculacearum, — Amentaceorum, Syringearum, Acaciarum, Rosarum).*

1431. **Trautvetter (Траутфеттеръ), Ernestus Rudolphus a (Рудольфъ Ернестовичъ).** De Salicibus frigidis Kochii dissertatio; in: Nouv. Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. II (VIII). 1832. p. 279—318. tab. 4—18 (v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 4. 40 p. (p. 279—318) 15 tab. (b. Tr.). — *Species 25 (rossicae 13) describuntur, additis earum synonymis et patria.*

1432. — De Salicibus livonicis dissertatio; in: Nouv. Mém. de la Soc. d. nat. de Mosc. II (VIII). 1832. p. 361—384 (v.). Separatim editum s. i. l. et a. 4. 24 p. (p. 361—384) (b. Tr.). — *Species 17 describuntur, adjectis earum synonymis, habitationibus et stationibus.*

1433. — De Echinope genere capita II. Mitaviae 1833. 4. 31 p. 1 tab. (b. Tr.). — *Echinopis species 12 (rossicae 7) exponuntur, appensis earum synonymis et patria nec non speciebus 7 autori ignotis.*

— Conf. Indices seminum Horti Petropolitani sub n. 1629.

1434. — Salicetum sive Salicum formae, quae hodie innotuere, descriptae et systematice dispositae. Fasc. I. continens Salices pleiandras et monandras; in: Mém. prés. à l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. par div. sav. III. 1837. p. 607—636. 4 tab. (v.). Seorsum prodiit: Petrop. 1836. 4. 30 p. 4 tab. (b. Tr.). In epitomen redactum apparuit in:

Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. I. 1836. p. 129—132 (b. Tr.). — *Salices pleiandrae 25, monandrae 8 (novae 2) recensentur, subnexis earum synonymis et patria.*

1435. — Eine neue einheimische Pflanzengattung (Faldermannia); in: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI. 1840. p. 184—186 (b. Tr.). Separatim impressum s. i. l. et a. 8. 4 p. (b. Tr.). — *Inest generis descriptio fusior.*

1436. — Ueber Alyssum minutum Schlechtend: in: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St Pétersb. VI. 1840. p. 291—292 (b. Tr.). Seorsum editum s. i. l. et a. 8. 2 p. (b. Tr.). — *Species haec in vicinia oppidi Kiew reperta dilucidatur.*

1437. — Eine neue einheimische Pflanzenart (Faldermannia parviflora Trautv.); in: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VII. 1840. p. 21—23 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 4 p. (b. Tr.). — *Species haec exponitur et ejus synonyma et patria adjiciuntur.*

1438. — Ueber die mit Trifolium verwandten Pflanzengattungen; in: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VIII. 1841. p. 267—272 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 9 p. (b. Tr.). Redit in Regensb. Bot. Zeitg. XXV. 2. 1842. Beibl. p. 114 - 125 (v. in b. Hort. Petr.). — *De Trifoliearum generibus tractatur et Meliloti, Medicaginis Trigonellaeque species plures, imprimis rossicae, lustrantur. Species nova 1 exotica (Trigonella ensifera Trautv.) describitur.*

1439. — Plantarum imagines et descriptiones floram russicam illustrantes. Monachii Fasc. I—VIII. 1844—1846. 4. 65 p. 40 tab. (b. Tr.). Versio rossica apparuit sub titulo: Русская флора въ изображеніяхъ и описаніяхъ. Кіевъ. Тетр. I—VII. 1844—1847. 4. 81 p. 35 tab. (b. Tr.). — *Species 40 e variis Rossiae regionibus describuntur et in tabulis repraesentantur. Versionis rossicae fasc. VIII non prodiit.*

1440. — De Pentastemone genere commentatio; in: Mém. prés. à l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. par div. sav. IV. 1845. p. 227—253 (v.). Seorsum impressum: Petrop. 1839. 4. 26 p. (b. Tr.). In epitomen redactum invenitur in: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. V. 1839. p. 342—346 (b. Tr.); etiam separatim editum s. i. l. et a. (1839) 8. 5 p. (b. Tr.). — *Conspectus specierum 31 (exoticarum 30, rossicae 1) generis Pentastemonis offertur, additis earum synonymis et patria.*

1441. — De Sameraria et Isatide generibus commentatio; in: Mém. prés. à l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. par div. sav. IV. 1845. p. 299—317. 2 tab. (v.). Separatim editum s. i. l. et a. (1841) (b. Tr.). In epitomen redactum insertum est operi: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VIII. 1841. p. 341—343 (b. Tr.); etiam seorsum apparuit s. i l. et a. 8. 3 p. (b. Tr.). — *Samerariae species 1 (rossica) et Isatidis species 24 (exoticae 6, rossicae 18) describuntur, additis earum synonymis patriaque, nec non observationibus variis et nominibus specierum 6 autori haud notarum. Isatidis species 6 novae proponuntur et omnium specierum fructus in tabulis repraesentantur.*

1442. — Middendorffia, genus plantarum novum; in: Mém. prés. à l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. par div. sav. IV. 1845. p. 489—493. 1 tab. (v.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 4. 7 p. 1 tab. (b. Tr.). In epitomen redactum prodiit in: Bull. scient. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. IX. 1842. p. 151—153 (b. Tr.), et separatim excusum s. i. l. et a. 8 4 p. (b. Tr.). Redit etiam in: Regensb. Bot. Zeitg. XXV Jahrg. II Bd. 1842. p. 494—496 (v. in b. Hort. Petr.). — *Genus Middendorffia Trautv. et ejus species 2 (rossica 1) illustrantur.*

1443. — Die pflanzengeographischen Verhältnisse des Europäischen Russlands. Riga. 8. Heft I. 1849. 51 p., Heft II. 1850. 82 p., Heft III. 1851. 64 p. (b. Tr.). — *De plantarum distributione per Rossiae europaeae partem septentrionalem disseritur. Opus haud absolutum.*

1444. — Skizze der Klassen und Ordnungen des natürlichen Pflanzensystems ; in : Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VIII. 1850. p. 331—333 (v. in b. Tr.). Separatim excusum s. i. l. et a. 8. 3 p. (b. Tr.). — *Regnum vegetabile in classes 7 (Thallophyta, Gymnosporae, Athalamicae, Gymnospermae, Acotyledones, Monocotyledones, Dicotyledones) et 23 ordines dividitur.*

1445. — О растительно-географическихъ округахъ Европейской Россіи ; in : Естеств. Ист. губ. Кіевск. Уч. Окр. Ботан. Часть географ. Кіевъ. 1851. 4. 20 p. 1 mappa geogr. — — *Rossia europaea in ditiones phytogeographicas primarias 4 et secundarias 18 dividitur et ditionum characteristica brevis affertur.*

1446. — Ueber die Cyperaceae des Kiewschen Gouvernements; in : Bull. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. X. 1852. p. 362—368 (b. Tr.). Seorsum editum s. i. l. et a. (1852). 8. 10 p. (p. 429—438) (b. Tr.). — *Cyperacearum species Kiovienses 57 notantur, additis earum habitationibus et stationibus.*

1447. — Обозрѣніе естественныхъ семействъ, входящихъ въ составъ флоры губерній Кіевскаго Учебнаго Округа; in : Естеств. Ист. губ. Кіевск. Учебн. Округа. Ботан. Часть системат. Кіевъ. 1853. 4. 37 p. (b. Tr.). — *Exhibet conspectum classium, ordinum et familiarum in provinciis districtus scholarum Kioviensis (prov. Volhynia, Podolia, Kiew, Tschernigow et Poltawa) occurrentium.*

1448. — Ueber die Polygonaceae des Kiewschen Gouvernements ; in : Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XI. 1853. p. 378—384 (b. Tr.). — *Polygonacearum Kioviensium species 21 commemorantur, additis earum synonymis, locis natalibus et stationibus, nec non observationibus variis.*

1449. — Ueber die Seneciones des Kiewschen Gouvernements; in : Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XII. 1854. p. 350—352 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. (1854)

8. 5 p. (p. 129—133) (b. Tr.). — *Senecionis generis species 8 Kiovienses recensentur, adjectis earum habitationibus et stationibus, nec non adnotationibus nonnullis.*

1450. — Ueber die Urticaceae des Kiewschen Gouvernements; in: Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XIII. 1855. p. 187—192 (b. Tr.). Seorsum apparuit s. i. l. et a. (1854) 8. 7 p. (p. 192—198) (b. Tr.). — *Urticacearum Kioriensium species 3 et Urticae dioicae L. varietates 4 recensentur, additis earum habitationibus.*

1451. — Ueber die Cuscutaceae des Kiewschen Gouvernements; in: Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XIII. 1855. p. 369—379 (b. Tr.). Separatim editum s. i. l. et a. (1853) 8. 14 p. (p. 276—289) (b. Tr.). — *Cuscutae species 7 (Kiovienses 4 et aliarum provinciarum Rossiae australis 3, quarum 1 nova) describuntur, additis earum synonymis et habitationibus.*

1452. — Aufzählung aller auf der akademischen Expedition in das nordöstliche Sibirien in dem Jahre 1843 vom Dr. Alexander von Middendorff gesammelten Pflanzen; in: v. Middend. Sib. Reise. I. 2. Lief. 1. 1856. p. 6—13 (b. Tr.). — *Species phaenogamae 186 enumerantur. Nil nisi nomina.*

1453. — Florula taimyrensis phaenogama oder die auf der akademischen Expedition in das nordöstliche Sibirien im Jahre 1843 am Taimyr zwischen 73½° und 75° 36′ n. Br. von Dr. Alexander von Middendorff gesammelten phaenogamischen Pflanzen; in: v. Middend. Sib. Reise. I. 2. Lief. 1. 1856. p. 13—143, tab. 1, 4—8 (b. Tr.). — *De plagae flora generatim disseritur et species phaenogamae 124 (novae 6) recensentur, additis earum synonymis, habitationibus et novarum descriptionibus, nec non animadversionibus variis.*

1454. — Florula boganidensis phaenogama oder die auf der akademischen Expedition in das nordöstliche Sibirien im Jahre 1843 am Flusse Boganida unter 71½° n. Br. gesammelten phaenogamischen

Pflanzen ; in : v. Middend. Sib. Reise. I. 2. Lief. 1. 1856. p. 144—167. tab. 2—3 (b. Tr.). — *Species 85 (nova 1) notantur, annexis earum synonymis et locis natalibus nec non observationibus variis.*

1455. — Plantae jenisseenses oder die auf der akademischen Expedition in das nordöstliche Sibirien im Jahre 1843 am Flusse Jenissei von Dr. Alexander von Middendorff gesammelten phaenogamischen Pflanzen ; in : v. Middend. Sib. Reise. I. 2. Lief. 1. 1856. p. 168—175 (b. Tr.). — *Species 21 commemorantur, additis earum habitationibus et synonymis.*

1456. — Ueber Camforosma ovata Waldst. et Kit. und annua Pall. ; in : Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XIV. 1856. p. 177—181 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 6 p. (p. 222—227) (b. Tr.). — *Camforosmam annuam Pall. a C. ovata Waldst. et Kit. haud differre autor putat.*

1457. — Ueber einige Staticaceae Russlands ; in : Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XIV. 1856. № 16 (non v.). Separatim editum s. i. l. et a. 8. 10 p. (p. 349—358) (b. Tr.). — *Goniolimonis tatarici Boiss. et Statices Gmelini W. varietates exponuntur, additis earum synonymis et habitationibus.*

1458. — Ueber Betula daurica ; in : Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1857. II. p. 445—452. 1 tab. (b. Tr.). Seorsum apparuit: Moskau. 1857. 8. 8 p. 1 tab. (b. Tr.). — *Species haec describitur et in tabula repraesentatur.*

1459. — Ueber Betula oykoviensis Bess. ; in : Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XV. 1857. p. 287—288 (b. Tr.). Separatim impressum s. i. l. et a. 8. 3 p. (b. Tr.). — *Betulam oycoviensem Bess. in Polonia detectam nil nisi Betulae albae varietatem sistere demonstratur.*

1460. — Ueber die Ulmen des Kiewschen Gouvernements und der an dasselbe grenzenden Gegenden ; in : Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad d. sc. de St. Pétersb. XV. 1857. p. 349—352 (b. Tr.).

Seorsum impressum s. i. l. et a. (1857) 8. 6 p. (p. 575 - 580) (b. Tr.). — *Ulmi generis species Kovienses 3 earumque varietates exponuntur, adjectis earum synonymis et habitationibus.*

1461. — Einige neuen Pflanzenarten ; in : Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XVI. 1858. p. 321—327 (b. Tr.). Separatim impressum s. i. l. et a. (1857) 8. 8 p. (p. 620—627) (b. Tr.). — *Genus 1 (Lagowskia Trautv.) et species 4 novae e provincia Schirwan et Turciae provincia Erzerum describuntur.*

1462. — Ueber die Crocus-Arten des südwestlichen Russlands; in : Bull. de la cl. phys. math. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. XVII. 1859. p. 329—334 (b. Tr.). Separatim apparuit s. i. l. et a. (1858) 8. 8 p. (p. 145—152) (b. Tr.). — *Croci species 4 recensentur, additis earum synonymis et locis natalibus, nec non adnotationibus nonnullis.*

1463. — Enumeratio plantarum songoricarum a Dre. Alex. Schrenk annis 1840—1843 collectarum ; in : Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1860. I. p. 55—162 ; II. p. 450—534 ; 1866. II p. 307 — 391 ; IV. p. 405—461 ; 1867. III. p. 50—123 (b. Tr.). Seorsum editum : continuatio 2. Mosq. 1866. 8. 86 p. ; contin. 3. Mosq. 1866. 8. 58 p. (p. 87—144) ; contin. 4. Mosq. 1868. 8. 74 p. (b. Tr.). Particularum ambarum priorum hujus enumerationis exemplaria separatim impressa deperdita et nunquam publici juris facta sunt. — *Species 1229 (Phaenogamae 1213, Filicoideae 16) percensentur, adjectis earum synonymis, habitationibus et stationibus nec non animadversionibus variis et descriptionibus speciorum novarum nonnullarum.*

1464. — Ueber die geographische Verbreitung der Herniaria-Arten in Russland ; in : Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1864. IV. p. 561—565 (b. Tr.). Seorsum impressum : Mosk. 1865. 8. 7 p. (b. Tr.). — *Species 4 lustrantur, additis earum synonymis et extensionis limitibus.*

1465. — Plantarum novarum in Caucaso a Dre. G. Radde lectarum decadem proposuit; in: Bull. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. X. 1866. p. 393—398 (b. Tr.). Separatim typis excusum s. i. l. et a. (1866) 8. 9 p (b. Tr.). — *Specierum descriptiones fusiores offeruntur.*

1466. — Plantarum species novae nonnullae; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1868. II. p. 460—464 (b. Tr.). Seorsum impressum: Mosq. 1868. 8. 5 p. (b. Tr.). — *Species 5 novae in Transcaucasia, in montibus Ssaganlug nec non in gubernio Orenburg lectae exponuntur.*

1467. — Symphyti species nova; in: Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1870. I. p. 72—73 (b. Tr.). Separatim impressum s. i. l. et a. 8. 2 p. (b. Tr.). — *Symphytum abchasicum Trautv. describitur et ejus diversitas a S. cordato W. et S. iberico Stev. demonstratur.*

1468. — Observationes in plantas a Dre. G. Radde anno 1870 in Turcomania et Transcaucasia lectas, nec non in alias quasdam; in: Act. Hort. Petr. I. 1. 1871. p. 13—34 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 22 p. (b. Tr.). — *Species 6 novae describuntur et animadversiones in 39 species jam antea notas offeruntur.*

1469. — Conspectus florae insularum Nowaja-Semlja; in: Act. Hort. Petr. I. 1. 1871. p. 43—88 (b. Tr.). Seorsum prodiit s. i. l. et a. 8. 46 p. (b. Tr.). — *Species 105 (Phaenogamae 103, Filicoideae 2) enumerantur, additis earum synonymis, habitationibus et adnotationibus variis.*

1470. — Catalogus plantarum anno 1870 ab Alexio Lomonossovio in Mongolia orientali lectarum; in: Act. Hort. bot. Petr. I. 2. 1872. p. 165—195 (b. Tr.). Seorsum prodiit s. i. l. et a. 8. 31 p. (b. Tr.) — *Species phaenogamae 111 commemorantur, additis earum synonymis et habitationibus, nec non variis observationibus, quarum nonnullae floram rossicam tangunt.*

1471. — Plantae a Capit. Malama annis 1870 et 1871 in Turcomania collectae; in: Act. Hort. bot. Petr. I. 2. 1872. p. 262—282 (b. Tr.). Separatim editum s. i. l. et a. 8. 16 p. (b. Tr). Rossice prodiit sub inscriptione: Списокъ растеній, собранныхъ Член. Сотрудн. Отд. Капит. Ген. Шт. Я. Д. Маламою въ Туркменіи въ 1870 и 1871 годахъ; in: Зап. Кавк. Отд. Имп. Русск. Геогр. Общ. Кн. VIII. 1873. p. 27—38 (b. Tr.). — *Species phaenogamae 135 recensentur, additis earum stationibus et observationibus nonnullis nec non descriptione 1 speciei novae (Scorzonerae ovatae Trautv.).*

1472. — Stirpium novarum descriptiones; in: Act. Hort. bot. Petr. II. 1. 1873. p. 469—487 (b. Tr.). Separatim prodiit s. i. l. et a. 8. 19 p. (b. Tr.) — *Insunt descriptiones specierum novarum 23 in Daghestania, Transcaucasia et Persia detectarum.*

1473. — Enumeratio plantarum a. 1871 a Dre. G. Radde in Armenia rossica et Turciae districtu Kars lectarum; in: Act. Hort. bot. Petr. II. 2. 1873. p. 489—597 (b. Tr.). Separatim typis excusum s. i. l. et a. 8. 109 p. (b. Tr.). — *Species 530 (Phaenogamae 529, Filix 1) notantur, additis earum locis natalibus et hinc inde synonymis adnotationibusque.*

1474. — Catalogus Vicicarum rossicarum; in: Act. Hort. bot. Petr. III. 1. 1874. p. 31—83 (b. Tr.). Seorsum impressum s. i. l. et a. 8. 53 p. (b. Tr.). — *Vicicarum species 84 percensentur, adjectis earum synonymis, distributionis geographicae limitibus nec non observationibus variis et specierum novarum nonnullarum descriptionibus.*

1475. — Aliquot species novas plantarum descripsit; in: Act. Hort. bot. Petr. III. 2. 1875. p. 267—279 (b. Tr.). Seorsum impressum: Petrop. 1875. 8. 13 p. (b. Tr.). — *Species novae 14 in Daghestania, Transcaucasia et Turciae districtu Erzerum lectae describuntur.*

1476. — Plantarum messes anno 1874 in Armenia a Dre. G. Radde et in Daghestania ab A. Becker factas commentatus est; in: Act. Hort. bot. Petr. IV. 1. 1876. p. 97—192 (b. Tr.). Separatim impressum: Petrop. 1875. 8. 96 p. (b. Tr.). — *Species 593 (Phaenogamae 589, Filicoideae 4) enumerantur, additis habitationibus et hinc inde synonymis et observationibus.*

1477. — Plantas a Dre. G. Radde in isthmo caucasico anno 1875 lectas enumeravit; in: Act. Hort. bot. Petr. IV. 2. 1876. p. 341—406 (b. Tr.). Separatim apparuit: Petrop. 1876. 8. 66 p. (b. Tr.). — *Plantarum phaenogamarum species 342 perlustrantur, annexis earum habitationibus et hinc inde synonymis, nec non animadversionibus variis et descriptionibus specierum 7 novarum.*

1478. — Plantas Sibiriae borealis ab A. Czekanowski et F. Müller annis 1874 et 1875 lectas enumeravit; in: Act. Hort. bot. Petr. V. 1. 1877. p. 1—146 (b. Tr.). Seorsum editum: Petrop. 1877. 8. 146 p. (b. Tr.). — *Species 450 (Phaenogamae 442, Filicoideae 8) ad fl. Olenek et fl. Lena inferiorem lectae notantur, adjectis earum habitationibus et passim synonymis nec non observationibus variis. Species 6 novae fusius exponuntur.*

1479. — Plantas caspio-caucasicas a Dre. G. Radde et A Becker anno 1876 lectas dilucidavit; in: Act. Hort. bot. Petr. V. 2. 1878. p. 399—488 (b. Tr.) Separatim impressum: Petrop. 1877. 8. 90 p. (b. Tr.). — *Species 581 (Phaenogamae 576, Filicoideae 5) Caucasi magni, Daghestaniae et Turcomaniae recensentur, earum habitationes nec non passim synonyma et adnotationes subnectuntur, species novae 3 autem describuntur.*

1480. — Flora riparia Kolymensis; in: Act. Hort. bot. Petr. V. 2. 1878. p. 495—574 (b. Tr.). Seorsum impressum: Petrop. 1878. 8. 80 p. (b. Tr.). — *Enumeratio haec amplectitur species 251 (Phaenogamas 245, Filicoideas 6), appensis locis natalibus et passim synonymis et observationibus variis.*

1481. — Flora terrae Tschuktschorum; in: Act. Hort. bot. Petr. VI. 1. 1879. p. 1—40 (b. Tr.) Separatim typis excusum: Petr. 1878. 8. p. 40 (b. Tr.). — *Insunt species 181 (Phaenogamae 179, Filicoideae 2), additis earum locis natalibus et hinc inde synonymis et variis animadversionibus. Species novae 4 describuntur.*

1482. — Catalogus Campanulacearum rossicarum; in: Act. Hort. bot. Petr. VI. 1. 1879. p. 41—104 (b. Tr.). Seorsum editum: Petrop. 1879. 8. 64 p. (b. Tr.). — *Familiae hujus species 67 perlustrantur et earum synonyma, extensionis limites, variae observationes et specierum novarum descriptiones afferuntur.*

1482*. — Rossiae arcticae plantas quasdam a peregrinatoribus variis in variis locis lectas enumeravit; in: Act. Hort. bot. Petr. VI. 2. 1880. p. 539—554 (b. Tr.). Separatim prodiit: Petrop. 1880. 8. 18 p. (b. Tr.). — *Plantarum 74 species in insulis Nowaja Semlja lectae, 4 species in insula Lütke repertae nec non 30 species ad sinum fl. Obi et ad sinum fl. Jenissei observatae notantur.*

1483. — et **Carolus Antonius (Карлъ Андреевичъ) Meyer (Мейеръ).** Florula ochotensis phaenogama; in: v. Middend. Sib. Reise. Bd. I. Th. 2. Botanik. Lief. 3. 1856. p. 1—133. tab. 19—31 (b. Tr.). — *Species 371 (Phaenogamae 357, Filicoideae 14) recensentur, adjectis earum synonymis et habitationibus, nec non adnotationibus variis et specierum novarum 27 descriptionibus et iconibus.*

1484. **Treviranus, Ludovicus Christianus.** Observationes circa plantas orientis cum descriptionibus novarum aliquot specierum; in: Magaz. d. naturf. Freunde zu Berlin. Jahr. VII. 1816. Quart. 2. p. 145—156. tab. II—III (b. Tr.). — *Species 74 (Phaenogamae 71, Cryptogamae 3) a F. Blume prope Astrachan et in Caucaso lectae lustrantur, additis earum habitationibus nec non observationibus numerosis et descriptionibus specierum 8 novarum.*

1485. — De synonymis Lichenis esculenti Pall. et ejus patria disserit in : Regensb. Bot. Zeitg. XV. 2. 1832. p. 493—495 (v. in b. Hort. Petr.).

1486. — Caricis specierum in imperio Rutheno hucusque lectarum enumeratio. Stuttg. 1852 (non v.).

1487. — Ad Caricographiam rossicam a b. Ledebourio evulgatam supplementum ; in : Bull. de la Soc. d. nat. de Mosc. 1863. II. p. 533—544 (b. Tr.). — Seorsum impressum : Mosq. 1863 (non v.). — *Observationes variae in Caricis species illas, quae in Ledebourii Flora rossica a Trevirano expositae sunt, afferuntur.*

Trinius (Тринiусъ), Carolus Bernhardus (Карлъ Антоновичъ). Conf. J. Liboschitz sub n. 783, 784.

1488. — Plantarum novarum vel minus cognitarum pentas prima ; in : Mém. de l'Acad. d. sc. de St. Pétersb. VI. 1818. p. 485—496. 5 tab.(v. in b. Hort. Petr.). — *Aristida pennata Trin. e collectione Pallasiana, nec non Bromus tomentosus Trin., Crucianella stylosa Trin., Cr. gilanica Trin. et Achillea vermicularis Trin. a Gmelino juniore lectae describuntur et in tabulis repraesentantur.*

1489. — Fundamenta Agrostographiae. Vienn. 1820. 8. X, 214 p. sign., 6 p. non sign. 3 tab. (v. in b. Hort. Petr.). — *Graminum structura exponitur, eorum sectiones sive florendi modificationes 5: Uniflora, Sesquiflora, Multiflora deorsum imperfecta, Multiflora perfecta et Multiflora sursum imperfecta proponuntur, denique genera illo tempore nota 189 juxta methodum Linnaeanam digeruntur et describuntur.*

